que ipsemet facere et[1]) exercere posset si personaliter interesset, ita quod[2]) generalem et liberam administracionem in sollidum habeant tam ipsi quam substituti ab eis uel ipsorum altero in hiis[3]) omnibus que ad personam ipsius domini qualitercunque pertinere[4]) noscuntur, nec non promittens[5]) se ratum et firmum perpetuis temporibus habiturum quidquid per dictos suos procuratores uel aliquem ipsorum substitutum uel substitutos ab eis uel altero[6]) eorum[7]) in premissis et circa premissa factum procuratum fuerit siue gestum.

Et volens dictos suos procuratores et quemlibet eorum[8]) substitutum uel substitutos ab eis uel altero ipsorum releuare ab onere[9]) satisdandi, promisit mihi notario infrascripto stipulanti nomine et vice omnium quorum interest uel interesse poterit, iudicio sisti et iudicatum solui in[10]) omnibus suis clausulis sub ypotheca rerum suarum.[11])

In quorum omnium testimonium sigillum ipsius domini archyepiscopi de[12]) ipsius mandato prensentibus est appensum.

Actum in tali loco, presentibus talibus testibus, anno domini etc.

Ego talis[13]) notarius etc.

### d. Quando priuata manu procuratorium scribitur cum sigillo.

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater I permissione diuina cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas salutem et sinceram in domino karitatem.[14])

Noueritis, quod nos dilectos nobis in[15]) Christo magistros P de Bononia presentem et C de tali loco[16]) absentem tamquam presentem et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, fecimus[17])

---

1) B) *faceret uel.*
2) Anstatt *ita quod* hat A: *qui.*
3) Von *habeant* bis hieher ist in A ausgefallen.
4) A: *peruenire.*
5) A: *promittentes.*
6) A: *alteri.*
7) B: *eorum quemlibet.*
8) B: *eorum in solidum.*
9) B: *ab omni honere.*
10) B: *cum.*
11) In B ist hiezu von der feinen hand in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *se et sua pro predictis fideiussorio nomine obligando sub omni renunciacione iuris pariter et cautela.*
12) B: *et ex.*
13) B: *et ego.*
14) B: *permissione etc. salutem in domino.*
15) B: *nos liberatos in.*
16) B: *P presentem et R.*
17) B: *facimus.*

constituimus et ordinauimus [1]) nostros procuratores actores defensores et nuncios speciales in omnibus nostris causis litibus et controuersiis, quas habemus uel habituri sumus cum quacunque uel quibuscunque personis vniuersitatibus siue [2]) collegiis, coram quocunque iudice siue auditore, dato uel dando, tam in agendo quam in defendendo, et tam in ciuilibus quam in criminalibus, dantes eis et cuilibet eorum in sollidum plenam et liberam potestatem agendi, defendendi, litem contestandi, iuramentum calumpnie et cuiuslibet alterius generis [3]) in animam nostram [4]) prestandi etc. *ut supra in proximo instrumento per* [5]) *omnia usque ad locum vbi dicit* et generaliter. *tunc dicatur:* et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi in iudicio et extra que nos facere possemus si presentes essemus, ratum et firmum perpetuo habituri quidquid per dictos nostros procuratores uel aliquem ipsorum substitutum [6]) uel substitutos ab eis uel altero ipsorum factum fuerit in premissis et quolibet premissorum.

Et volentes dictos procuratores nostros et quemlibet eorum [7]) substitutum uel substitutos ab eis uel altero ipsorum [8]) releuare ab onere satisdandi, promittimus iudicio sisti et iudicatum solui in [9]) omnibus suis clausulis sub obligacione omnium bonorum nostrorum.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus iussimus [10]) apponendum.

Datum Londonii, iiii kalendas octobres, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxiiii. [11])

### e. Procuratorium ad negocia.

Iohannes de Sewes rector ecclesie de Sermeden cantuariensis [12]) dyocesis, intendens ad romanam curiam proficisci, fecit constituit et ordinauit magistrum Io de tali loco [13]) presentem et mandatum suscipientem generalem suum procuratorem, actorem, negociorum gestorem, et [14]) nuncium specialem, ad omnia sua et ecclesie sue predicte

---

1) B: *ordinamus.*
2) Von hier an bis *criminalibus* einchliesslich ist in B ausgefallen.
3) B: *generis iuramentum.*
4) B: *suam.*
5) B: *et per.*
6) Von hier an bis *ipsorum* einschliesslich ist in B ausgefallen.
7) B: *eorum in solidum.*
8) B: *uel a quolibet eorum.*
9) B: *cum.*
10) B: *duximus.*
11) B: *datum etc.*
12) B: *Iohannes rector ecclesie talis.*
13) B: *magistrum I.*
14) B: *procuratorem negociatorem gestorem.*

negocia gerenda et exercenda, ad inpetrandum [1]) et recipiendum pro eo et eius nomine quidquid sibi tam racione persone quam ecclesie sue predicte quacumque racione debetur uel debebitur[2]) in futurum, et ad respondendum pro eo et ecclesia sua predicta quibuslibet personis ecclesiasticis et secularibus que contra ipsum uel eius ecclesiam supradictam aliquid peterent uel opponerent quauis forma, coram quocumque iudice ecclesiastico uel seculari, tam in ciuilibus quam in criminalibus, et ad colligendum et reponendum et distrahendum[3]) omnes fructus et prouentus suos et ecclesie sue predicte, presentes et futuros, et satisfaciendum de ipsis omnibus et singulis quibus appareret ipsum Iohannem[4]) esse in aliquo obligatum, et ad faciendum finem et remissionem et pactum de vlterius non petendo omnibus seu ab omnibus quibus seu a quibus [5]) aliquid soluerit uel receperit, prout de iure uel consuetudine fuerit faciendum, et ad obligandum personam ipsius et bona de obseruandis et adimplendis omnibus et singulis que per ipsum procuratorem suum suo nomine promissa fuerint siue gesta, et ad prestandum in animam suam cuiuslibet generis iuramentum et si opus fuerit aliis deferendum, et ad alium seu alios procuratores loco sui constituendum uel substituendum seu constituendos uel substituendos et reuocandos semel et[6]) pluries prout expedire crediderit, [7]) ipso procuratore ut prius nichilominus remanente, et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda tam in iudicio quam extra que ipsemet facere posset si personaliter interesset,[8]) dans et concedens eidem liberam et generalem administracionem in omnibus et singulis supradictis et que ad ipsa qualitercumque spectare [9]) noscuntur, ita quod ipsius domini absencia nil impediat atque ledat, set omnis in dictum procuratorem sit [10]) data potestas quam ipse mandans habet, [11]) necnon promittens se firmum et ratum perpetuis temporibus habiturum quidquid per dictum eius procuratorem: substitutum uel substitutos ab eo[12]) factum fuerit in premissis et quolibet predictorum.

1) B: *et ad petendum.*
2) In B ist *uel debebitur* ausgefallen.
3) B: *colligendum responendum et distribuendum.*
4) B: *appareat ipsum I.*
5) B: *omnibus seu omnibus quibus uel aliquibus.*
6) In A und B fehlt *constituendum uel.* B hat überhaupt nur *substituendum et reuocandi semel uel*
7) A: *crediderint.*
8) B: *personaliter presens esset.*
9) B: *et ad ipsam qualitercunque impetrare.*
10) A: *si.*
11) A: *habere.*
12) B: *eo seu ab eis.*

Et volens dictum procuratorem releuari ab[1]) onere satisdandi, promisit mihi sollempniter notario infrascripto stipulanti nomine et vice omnium quorum interest uel interesse poterit, iudicio sisti etc. *ut supra in releuacione*[2]) *procuratoris secundum formam modi ciuitatis*[3]) *bononiensis*[4]) *continetur.*

f. Alia forma ad negocia et ad causas.[5])

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater I permissione diuina cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas[6]) salutem et sinceram in domino karitatem.

Nouerit vniuersitas vestra, quod nos dilectos nobis[7]) magistros P et I licet absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, facimus constituimus et ordinamus generales nostros procuratores, actores, defensores, negociorum gestores, et nuncios speciales, ad omnia nostra et ecclesie nostre negocia in romana curia promouenda coram sanctissimo patre domino Martino[8]) papa iiii et eius iudicibus seu auditoribus quibuscumque, dantes et concedentes[9]) eisdem et cuilibet eorum in sollidum generalem et liberam administracionem, et potestatem plenissimam[10]) agendi, defendendi, procedendi, probandi, confitendi, negandi, iuramentum calumpnie et de veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis in animam nostram[11]) prestandi, sentenciam audiendi, appellandi, litteras tam simplices quam legendas impetrandi et contradicendi, de locis et in[12]) iudicibus conueniendi, beneficium et restitucionis in integrum et absolucionis si opus fuerit implorandi, crimina et defectus opponendi, alium uel alios loco sui substituendi et reuocandi semel et pluries, mutuum cum[13]) quocumque mercatore voluerit[14]) seu maluerit usque ad summam cc marcarum sterlingorum[15]) contrahendi et recipiendi, promittendi et obligandi nos et nostra[16]) pro dicta summa peccunie restituenda, quocumque termino duxerint — uel[17]) duxerit — ordinandum, et submittendi

1) B: *dictum procuratorem substitutum uel substitutos releuare ab omni.*
2) B: *relacione.*
3) B: *secundum modum curie.*
4) In III 3. b. auf s. 612.
5) In B fehlt *et ad causas.*
6) B: *I permissione etc.*
7) B: *nobis in Christo.*
8) B hat blos: *M.*
9) B: *dans et concedens.*
10) B setzt noch bei: *et speciale mandatum.*
11) B: *suam.*
12) In B fehlt *in.*
13) B: *a.*
14) A: *maluerit.*
15) A hat nur *sterling* mit dem abkürzungsstriche über dem *g.*
16) B: *promittendi obliguandi me et mea.*
17) In B fehlt *duxerint uel.*

nos iurisdicioni camere domini pape et ipsius camere auditoris, et ipsas cc marcas expendendi pro nostris et ecclesie nostre [1]) negociis ibidem expediendis qualitercumque eis uel alicui eorum honestius et utilius erit visum,[2]) et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi tam in iudicio quam extra que ipsemet facere et exercere posset, etiam si [3]) mandatum exigerent speciale, nec non promittentes nos [4]) firmum et ratum perpetuis temporibus habituros [5]) quidquid per dictos nostros [6]) procuratores uel aliquem eorum substitutum uel substitutos ab eis uel ipsorum altero promissum factum uel qualitercumque procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum, sub obligacione nostrorum [7]) omnium bonorum.

Insuper volentes [8]) dictos procuratores nostros et [9]) quemlibet eorum [10]) substitutum uel substitutos ab eis uel ab ipsorum aliquo releuare ab onere [11]) satisdandi, promittimus [12]) iudicio sisti et iudicatum solui in omnibus suis clausulis sub ypotheca rerum nostrarum. [13])

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus iussimus [14]) apponendum. [15])

Datum in tali loco, vi idus octobres, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxi, [16]) indictione nona.

### g. Substitucio procuratoris.

Magister P de Bononia, procurator reuerendi patris et domini N dei gracia cantuariensis archyepiscopi tocius Anglie primatis, [17]) habens potestatem ab eo substituendi alium loco sui, [18]) substituit magistrum I [19]) de Viterbio presentem et suscipientem loco sui procuratorem [20]) ad

---

1) B: *pro meis et ecclesie mee.*
2) B: *utilius iussum fuerit.*
3) B: *posset si.*
4) B: *me.*
5) B: *habiturum.*
6) B: *meos.*
7) B: *meorum.*
8) B: *uolens.*
9) B: *meos et eciam.*
10) B: *eorum in solidum.*
11) B: *ab omni honere.*
12) B: *promitto in.*
13) B: *mearum.*
14) B: *sigillum meum presentibus iussi.*
15) A: *conponendum.*
16) B: *domini m. cc. lxxx. sexto.*
17) B: *patris domini I dei gracia etc.*
18) In B ist hiezu von der feineren hand in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *iuxta formam traditam et concessam.*
19) B: *substituit loco sui magistrum B.*
20) B: *procuratorium.*

omnia et singula que habet a dicto domino archiepiscopo in mandatis.[1])

Actum in tali loco, presentibus talibus.

4.

Procurator etiam constituitur aliquando aput acta, id est in iudicio coram iudice et presente altera parte.

Et scribitur tunc per eundem notarium qui[2]) scribit in causa inter aliquot[3]) acta cause.

Nec indiget talis procuracio tanta sollempnitate ut alie indigent. sufficit enim quod notarius, postquam scripserit terminum uel aliud actum habitum, tunc in dicta causa ita dicat: *qui Petrus*[4]) *actor talem in dicta causa suum procuratorem constituit aput acta,*[5]) *dans eidem potestatem agendi, defendendi, in animam suam iurandi, et alia omnia faciendi que in ipsa causa fuerint oportuna.*

Nec est necesse quod apponantur ibi testes, sicut nec in aliis actis cause.[6])

Si vero reus procuratorem constituat siue aput acta siue extra acta,[7]) semper eum releuare debet ab onere[8]) satisdandi.[9]) alioquin procurator antequam admittatur cogitur satisdare, precipue si de re agitur temporali. et si spiritualis est res de qua agitur, saltem pro parte fructuum et expensarum in causa veniencium cogitur satisdare.

Qualiter satisdare debeat procurator qui[10]) releuatus non est, et qui[10]) nomine alterius agit,[11]) infra in titulo de satisdacionibus[12]) plene scribam.

---

1) B: *singula quelibet que a dicto domino archiepiscopo in mandatis receperit.*

Hiezu ist wieder von der feineren hand in den besagten leeren raum bemerkt: *P iuxta formam sibi datam et concessam, cuius tenor sequitur in hec verba: uniuersis etc.*

2) A: *quod.*

3) B: *alia.*

4) B: *habiturum in causa tunc dicat ita quod P.*

5) In B findet sich hier ein verweisungszeichen zu folgendem von der feineren hand an den unteren rand der zweiten spalte geschriebenen muster:

Vel sic.

P procurator talis in iudicio constitutus, post litem contestatam ab eodem P nomine procuratorio Iohannis, cuius est procurator, prout eius procuratorium in actis continetur, et domino iudici per tenorem eiusdem procuratorii facta exstitit fides, fecit et constituit in dicta causa suum procuratorem in eadem suo periculo apud acta ante diei assignacionem, dans et concedens eidem eandem potestatem quam ipse P habet et sibi conpetit in dicta causa, et agendi etc.

6) Dieser satz fehlt in B.

7) In B fehlt *acta.*

8) B: *ab omni honere.*

9) A: *satisfaciendi.*

10) A: *quod.*

11) B: *agitur.*

12) In IV de iudiciis 5 B.

5.

Interdum procurator dominus litis factus constituit procuratorem, etiam si in suo procuratorio substituendi non habeat potestatem.

Et tunc ita dicat notarius: *talis procurator, cum in causa que inter ipsum ex vna parte et talem* [1]) *ex altera coram tali iudice vertitur per litis contestacionem sit dominus litis factus, fecit constituit et ordinauit talem suum procuratorem in ipsa causa, dans* [2]) *eidem plenam et liberam potestatem agendi, defendendi*, etc. ut in formis superioribus inuenitur. [3])

Non enim omnia que in premissis formis procuracionum posita sunt semper in quolibet procuratorio requiruntur. set debet esse discretus notarius, ut accipiat et dimittat, addat [4]) et minuat, secundum quod occurrenti sibi negocio viderit expedire.

## IV.

## De iudiciis.

Tractatu procuracionum [5]) premisso, [6]) de hiis que in iudicio et aliquando extra iudicium per archyepiscopos episcopos ac eorum viccarios seu officiales necnon [7]) per iudices delegatos fiunt, videlicet qualiter scribi et ordinari tam in registro [8]) quam alibi per notarium debeant, per ordinem vobis scribam.

1.

Et cum a citacione iudicium [9]) sumat exordium, a citacionibus videtur merito inchoandum.

### a. De citacionibus.

Citacionum forme sunt velud negocia infinita. nam quelibet citacio, presertim in principio cause facta, debet narracionem [10]) facti racionabiliter continere. et cum sit negociorum diuersitas infinita, narraciones [11]) infinitas adducit. propter quod in narracionibus [12]) non posset aliquis

1) A: *talis.*
2) B: *dans et concedens.*
3) B: *superius inuenietur.*
4) In B fehlt *addat.*
5) B: *de procuratoriis.*
6) A: *premittitur.* B: *premissis.*
7) B: *in iudicio et extra per archiepiscopos ac eorum uicarios et episcopos seu officiales siue.*
8) B: *negocio.*
9) A: *iudicum.* B: *et a concitacione iudicum.*
10) A: *racionem.*
11) B: *negocium diuersitas raciones.*
12) B: *propter que etiam narraciones.*

tradere certas formas. verum cum imitacio[1]) magna[2]) pars dictaminis habeatur,[3]) qui[4]) plures narraciones racionabiliter factas[5]) viderit ad bene narrandum cicius poterit informari. et cum posita narracione citaciones[6]) ad certas formas postmodum redigantur, ideo ipse forme necessarie esse videntur.[7]) debet[8]) enim quelibet curia certum stilum et formas[9]) tenere, cum per defectum stili et forme falsificacio littere sepius[10]) cognoscatur.

b.

Scribam igitur vobis citacionum formas quam plurimas, narraciones diuersas inserens in eisdem,[11]) ut et mutacione narracionum ex ipsis proficere[12]) possit notarius, et in citacione qualibet formam debitam obseruare.

α. Forma citacionis super causa spoliacionis.

Frater I permissione diuina cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas[13]) dilecto in Christo filio decano suttillagensi[14]) salutem graciam et benedictionem.

Dilecti filii Petri Alfonsi rectoris ecclesie de I cantuariensis dyocesis querelam audiuimus, continentem quod — cum ipse dictam ecclesiam de . . fuisset[15]) canonice assecutus, eamque pacifice et quiete per annum et amplius possedisset — R[16]) Iohannis de tali loco cum quibusdam suis[17]) conplicibus ad ecclesiam ipsam armata manu accedens, eundem dicta ecclesia[18]) bonisque suis omnibus contra iusticiam spoliauit, in eadem nequiter se intrudens, et intrusus eadem detinet occupata.[19]) de quo sibi per nos iusticiam fieri postulauit.

Nos autem, cum vnicuique teneamur iuxta datam nobis a domino[20]) graciam iusticiam exhibere, discrecioni vestre presencium tenore committimus, districte precipiendo mandantes, quatenus prefatum R[21]) ex parte nostra per vos

1) Vielleicht *narracio?*
2) B: *uerum citacio maior.*
3) B: *habetur.*
4) A und B: *quod.*
5) In B fehlt *factas.*
6) A: *citacione.* B: *citacionis.*
7) B: *necesse est uidere.*
8) A: *deberet.*
9) B: *et certam formam.*
10) B: *superius.*
11) B: *inserente eidem.*
12) B: *ut imitacione narracioni et ipsas perficere.*
13) B: *primax.*
14) B: *decano de tali loco.*
15) B: *de tali loco fuisset.*
16) B: *possedit retbs* mit dem abkürzungshäckchen durch *b.*
17) B: *aliis.*
18) B: *eidem dictam ecclesiam.*
19) B: *ea detinens occupatam.*
20) B: *teneamur datam a deo.*
21) B: *rotbm* mit dem abkürzungshäckchen durch *b.*

uel per alium ydoneum [1]) peremptorie citare curetis, ut prima die iuridica post festum omnium sanctorum proximo venturum per se uel per procuratorem ydoneum coram nobis et [2]) conmissariis nostris, vbicunque in dyocesi uel in prouincia nostra [3]) fuerimus, debeat conparere, predicto P super spoliacione [4]) huiusmodi de iusticia responsurus.

Alioquin procedemus contra eum ut iustum fuerit, ipsius absencia non obstante.

Diem vero citacionis et formam et quidquid inde feceritis nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes per latorem presencium fideliter [5]) intimetis.

Datum apud Londonium [6]) x kalendas octobres, consecracionis nostre anno iii.

*Licet ad certos diem et locum et sub certo iudice debeat quis citari, hec* [7]) *tamen tenet* [8]) *consuetudo in Anglia, quod* [9]) *cantuariensis archyepiscopus ita citet.* [10])

*β.* Alia forma citacionis.

Frater I etc.

Porrecta nobis [11]) dilecti filii P Alfonsi [12]) clerici peticio continebat, quod — cum ecclesia de . . de iure vacaret, pro eo quod R de tali loco qui de facto ecclesiam ipsam tenet institutus [13]) in eadem fuit ecclesia post concilium [14]) lugdonense, nec [15]) infra annum a die sue institucionis secundum formam constitucionis [16]) in eodem concilio edite fuit in presbyterum ordinatus, propter quod cadit ab omni iure quod in eadem ecclesia per institucionem huiusmodi obtineret, idemque [17]) P sit a vero patrono ipsius ecclesie presentatus — alicui discreto scribere curaremus, ut [18]) ecclesiam ipsam vacare decernens ipsum P in corporalem possessionem ipsius ecclesie auctoritate nostra induceret, amoto quolibet illicito possessore.

Nos autem factum huiusmodi ignorantes, contra ipsum R nolumus sic ex abrupto procedere, quo usque faceremus eundem ad nostram presenciam euocari.

---

1) In A ist *per alium ydoneum* ausgefallen.
2) B: *ydoneum uel.*
3) B: *per dyocesim nostram.*
4) B: *expoliacione.*
5) B: *nobis.*
6) B: *datum in tali loco.*
7) A: *hoc.*
8) B: *hec tamen tenetur.*
9) B: *quia.*
10) B: *citat.*
11) B: *pro recta uobis.*
12) B: *petri assensi.*
13) B: *constitutus.*
14) B: *per consilium.*
15) B: *ut.*
16) In B fehlt *secundum formam constitucionis.*
17) B: *optinet idem.*
18) A: *et.*

Quocirca discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, et[1]) sub pena exconmunicacionis districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum[2]) R per vos uel per alium[3]) ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut octaua die post festum omnium sanctorum, si iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica tunc[4]) sequenti,[5]) per se uel per procuratorem ydoneum coram nobis, vbicumque in dyocesi uel prouincia nostra fuerimus, conparere procuret, eidem[6]) P super iure quod sibi vendicat ex presentacione ad eandem ecclesiam de facto[7]) et[8]) aliis omnibus que proponere contra ipsum voluerit de iusticia responsurus.

Alioquin contra eum etc. *ut supra in alia citacione.*[9])

### γ. Citacio de aliquo diffamato.

Libenter taceremus[10]) quod dicimus, si[11]) possemus. libenter aboleremus quod scribitur, deo[12]) teste. set[13]) debitum officii[14]) non patitur, quoniam mordica[15]) lenitiuis[16]) interdum misceamus, ut quos[17]) lac dulcedinis non emollit virga debite[18]) correctionis inclinet.[19])

Sane cum R Iohannis rectorem ecclesie de . . tam super[20]) incontinencie vicio quam enormibus excessibus aliis inuenerimus[21]) adeo publice diffamatum quod de[22]) ipsius sordibus quasi predicat omnis loquens, amplius dissimulare non possumus quin[23]) veritatem de tantorum clamore facinorum per viam iusticie inquiramus.

Quapropter discrecioni vestre[24]) etc. *ut supra usque ad locum*[25]) eidem P. *tunc dicatur:* super premissis et aliis omnibus ex officio nostro sibi obiciendis[26]) suam si potuerit innocenciam[27]) purgaturus.

Alioquin etc. *ut supra in citacione prima per totum.*

---

1) In A und B fehlt *et.*
2) B: *dictum.*
3) B: *alium ydoneum.*
4) A: *sunt.*
5) Dieses zwischensätzchen fehlt in B.
6) B: *idem.*
7) A: *de se factam.*
8) B: *in.*
9) B setzt noch bei: *per totum.*
10) B: *tractaremus.*
11) B: *et si.*
12) B: *de eo.*
13) B: *secundum.*
14) B: *officii nostri.*
15) A: *mordicam.*
16) B: *patitur mortua leuitatis.*
17) B: *quod.*
18) B: *debita.*
19) A: *non inclinet.*
20) B: *rector ecclesie super.*
21) B: *inuenire.*
22) In A fehlt *de.*
23) In B fehlt *quin.*
24) B: *discrecionem uestram.*
25) B: *locum ubi dicitur.*
26) B: *obiciendum.*
27) B: *ignoranciam.*

### δ. Super eodem. [1]

Perlatam nobis inmo quasi publicatam infamiam R canonici de . . super [2] incontinencie vicio et aliis excessibus pluribus dissimulauimus, [3] iam est diu, sperantes ut per bona que [4] faceret in posterum opera mala si qua gesserat delerentur. set quod in eo sperabamus ad meritum, ad penam proh [5] dolor inuenimus, videlicet ut sua cessaret lasciuia, que pocius augmentatur.

Quapropter etc. *ut supra per omnia.*

### ε. Citacio de decima retenta. [6]

Constitutus in presencia nostra dilectus filius P ecclesie rector de . . nobis sua assercione [7] monstrauit, quod ipse et predecessores sui rectores dicte ecclesie a tempore cuius non [8] exstat memoria in pacifica [9] possessione fuerunt [10] percipiendi decimas a priore et conuentu sancti . . de tali loco de [11] omnibus terris et possessionibus quas ipse prioratus habet in parrochia [12] ecclesie sue predicte, et quod nunc [13] prior et conuentus predicti — eorum salutis inmemores — dictam decimam indebite sibi soluere contradicunt. de quibus [14] sibi per nos iusticiam fieri postulauit.

Quapropter etc. *ut supra usque ad locum vbi dicit* eidem Petro. *tunc dicatur:* eidem [15] P super retencione dicte decime et aliis omnibus que contra eos [16] proponere voluerit de iusticia responsuri. [17]

Alioquin etc. *ut supra.*

### ς. Citacio super causa peccuniaria.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Exposuit nobis dilectus filius P in nostra presencia constitutus, quod ipse R de tali loco quandam [18] summam peccunie amicabiliter mutuauit, quam sibi indebite restituere contradicit.

---

1) B: *alia citacio super eodem.*
2) B: *infamiam robbi* (mit dem abkürzungshäckchen durch *bb*) *canonici ecclesie de tali loco super.*
3) B: *dissimulamus.*
4) B: *ut ea que.*
5) B: *protrahi.*
6) B: *alia forma citacionis.*
7) B: *affectione.*
8) Von *ipse* an bis hieher ist in B ausgefallen, aber von der feineren hand dafür in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *in tantum quod non.*
9) B: *passifica.*
10) B: *fuerit.*
11) B: *sancti Petri de . . de.*
12) B: *per parrochiam.*
13) A: *non.*
14) B: *quo.*
15) Von *Petro* an bis hieher ist in A ausgefallen.
16) B: *omnes.*
17) In B fehlt *responsuri.*
18) B: *quod. H. de. quandam.*

Propter quod discrecioni tue presencium auctoritate [1]) conmittimus et mandamus, quatenus etc. *ut supra.*

ζ. Citacio executorum super causa testamentaria.

Dilectus filius P de tali loco in nostra presencia constitutus proposuit, quod — cum R de tali loco eidem P decem marcas sterlingorum [2]) in suo testamento reliquerit — I et M executores ipsius testamenti [3]) dictas decem marcas [4]) sibi dare indebite contradicunt, licet ad eas soluendas bona sufficiant testatoris.

Quocirca discrecioni vestre etc. [5])

η. Citacio in [6]) causa matrimoniali.

Conquesta est nobis dilecta filia S de tali loco, quod — licet R de tali loco cum ea per verba de presenti matrimonium legittime contraxisset, ac matrimonium inter eos fuisset postmodum per subsecucionem [7]) carnalis copule

---

1) B: *tenore.*

2) A: *sterilegn* mit dem abkürzungsstriche über dem *n*.

3) Hiezu ist von der feineren hand in B in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *ad soluendum legata per ipsum facta fecerit, et predicti executores.*

4) B: *marchas sterlinguorum.*

5) Ein verweisungszeichen führt hier in B auf nachstehendes von der feineren hand an den unteren rand der ersten spalte geschriebenes muster:

Alias sic.

Salutem in domino.

Citetis peremptorie ad diem martis post festum beati Ylarii, vel die proxima subsequenti non feriata, si dicta dies martis fuerit feriata, coram nobis apud Kongis hora prime Petronillam Fauresti tam nomine proprio quam tutorio seu procuratorio nomine Ioannis et P et G et Aycelme, filiorum suorum, et Helye Faure quondam mariti sui pupillorum vel minorum, vt dicitur, si tutrix vel curatrix sit corundem seu esse velit, et ipsos liberos cum auctoritate eiusdem, si tutrix vel curatrix sit vel esse velit eorundem, querelis G de P responsura.

Et si tutrix seu curatrix non sit dictorum liberorum, significetis dictis liberis, et eos moneatis quod dicta die secum adducant tutorem seu curatorem auum vel agnatum vel testamentarium alium, si quem habent.

Et si non habent, citetis M et K de tali loco, eorum consanguineos, vt eorum tutelam seu curam vel vtrumque suscipiant, et onus eiusdem seu earundem: qua suscepta, auctoritate ipsorum, vel vnius eorundem auctoritate stare possint in iudicio cum dicto G coram nobis.

Alioquin nos prouidebimus eisdem ipsa die de tutore vel de curatore vel de vtroque, prout fuerit racionis, secundum qualitatem personarum, iuris grauitate seruata, significantes omnibus premissis et singulis, quod — si non conparuerint dicta die — nos procedemus contra ipsos, vt fuerit racionis, eorum absencia non obstante.

Datum etc.

6) B: *super.*

7) B: *filia . M. de. U. quod. It.* (mit dem angefügten abkürzungs-

consumatum — ipse tamen R, sue salutis inmemor, a dicta eius uxore diuertens, cum quadam alia — quam publice tenet de facto, cum de iure [1]) non posset — dicitur contraxisse, ipsi E non solum debitum coniugale set etiam vite [2]) necessaria denegando.

Quapropter discrecioni vestre etc. *usque ad locum vbi dicit* eidem P. *tunc dicatur*: eidem E super premissis omnibus de iusticia responsurus.

Alioquin etc.

### ϑ. Citacio super causa diuorcii.

Veniens ad presenciam nostram dilecta filia E sua nobis peticione monstrauit, quod — cum ipsa cum R eius viro matrimonium legittime contraxisset, ac per quinquennium et vltra in eadem domo et thoro tamquam vir et vxor insimul morarentur — idem tamen R propter inpotenciam sui perpetuam sibi debitum non reddidit [3]) coniugale.

Quare cum ipsa E [4]) prout asserit effectu [5]) cause qua nupsit careat sine culpa, videlicet ut filios procrearet [6]) ac mater esse desideret, discrecioni vestre presencium tenore committimus et mandamus, quatenus etc. *ut supra* [7]) *per totum.*

### ι. Citacio super causa appellacionis.

Cum in causa que vertitur seu verti speratur inter P actorem ex parte vna et R reum super ecclesia de tali loco ex altera pro parte dicti P ab audiencia loci dyocesani ad sedem cantuariensem extiterit appellatum, idemque P [8]) causam appellácionis huiusmodi prout asserit intendit prosequi coram nobis, discrecioni vestre presencium tenore conmittimus et mandamus, quatenus prefatum R per vos uel alium ex parte nostra etc. *usque ad locum vbi dicit* eidem P. *tunc dicatur:* in dicta causa facturus et recepturus [9]) quod fuerit ordo iuris.

Alioquin in ipsa causa procedetur quantum de iure fuerit, ipsius absencia non obstante.

Diem vero citacionis et formam etc. *ut supra per totum.*

---

zeichen für *us*) *de. cum ea de presenti matrimonium leyitime contraxerat ipsum matrimonium inter eos fuisset post modum subsequtum.*

1) B: *cui deseruire.*
2) B: *coniugali set etiam vita.*
3) B: *reddiderit.*
4) B: *mulier.*
5) B: *affectum.*
6) B: *uidelicet filios procreare.*
7) B: *supra proximo.*
8) B: *idem. p. quia.*
9) B: *responsurus.*

*x.*

Cum appellatur, precipue a diffinitiua sentencia, consueuit interdum inhiberi per iudicem appellacionis etiam in prima citacione, quod pendente causa appellacionis nil debeat innouari. formam cuius inhibicionis [1]) in sequenti [2]) citacione describam.

Citacio super causa appellacionis cum inhibicione.

Cum a quadam diffinitiua sentencia, lata ut dicitur per venerabilem fratrem nostrum . . episcopum cystrensem [3]) in causa que inter P actorem ex vna parte et R reum super ecclesia de . . ex altera sub ipsius fratris [4]) nostri examine vertebatur pro parte ipsius P, ad nos extiterit appellatum, idemque P causam appellacionis huiusmodi prout asserit intendat prosequi coram nobis, discrecioni tue presencium tenore conmittimus, et sub pena exconmunicacionis districte precipiendo mandamus, quatenus dictum R [5]) per vos uel per alium [6]) ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut decima die post citacionem vestram — que si [7]) feriata extiterit, proxima sequenti die non feriata — sufficienter conpareat coram nobis, in dicta causa facturus et recepturus quod iusticia suadebit.

Inhibeatis [8]) nichilominus ex parte nostra sub pena exconmunicacionis eidem, quod pendente causa appellacionis huiusmodi coram nobis in preiudicium ipsius appellacionis [9]) contra iam dictum P nil temere attemptare presumat, et attemptata si qua sunt studeat in statum pristinum reuocare.

Alioquin contra ipsum et in ipsa causa procedemus quantum de iure fuerit, ipsius absencia non obstante.

Diem vero citacionis nichilominus [10]) et formam et quidquid inde feceritis etc. *ut supra.*

*λ.*

Sciendum est quod illa [11]) penultima clausula in omni citacione est ponenda, que incipit: *alioquin contra eum procedetur etc.*

---

1) A: *citacionis.*
2) B: *subsequenti.*
3) B: *nostrum G episcopum citercensis.*
4) B: *super ipsius facti.*
5) B hat hier *P.*
6) B: *alium ydoneum.*
7) In A fehlt *si.*
8) B: *inhibeatis. inhibemus.*
9) B: *preiudicium cause appellacionis predicte.*
10) B: *inhibicionis.*
11) B: *in illa.*

*μ.*

In citacione cause appellacionis aliter debet poni quam in citacione facta super negocio principali. et hec est racio: quia in causa negocii principalis non proceditur reo absente, set exconmunicatur reus uel ponitur actor in possessionem rei debite.[1]) ad sentenciam vero proceditur vbi[2]) lis fuerit contestata. set in appellacionis causa proceditur, siue reus siue actor sit absens, dummodo alter ipsorum instet: et quandoque — neutro prosequente — iudex procedit, si ex mora[3]) viderit periculum inminere.

Vnde non debet dici in citacione cause appellacionis: *alioquin contra eum procedetur*,[4]) set sic: *alioquin in ipsa causa procedemus quantum de iure fuerit, ipsius absencia non obstante.*

*ν.*

Preterea, quia citatus non tenetur nisi super hiis super quibus citatus est suo aduersario respondere, ideo cauendum est in illa clausula que dicit: *eidem P super tali re de iusticia responsurus*, ut id super quo quis citatur quantumcunque plenius poterit in citacionibus exprimatur. et ad maiorem cautelam expedire credo, ut semper ibi apponatur aliquod generale verbum sub quo possit actoris intencio totaliter conprehendi. quod sic scribi debet: *eidem P super spoliacione*[5]) *huiusmodi et aliis omnibus que contra ipsum proponere*[6]) *voluerit de iusticia responsurus.* uel sic: *super predictis decimis et rebus aliis de iusticia responsurus.*[7]) uel sic: *propositurus*[8]) *super premissis omnibus quidquid iuris uel facti proponere voluerit, et hiis que per aliam partem proposita fuerint*[9]) *prout iustum*[10]) *fuerit responsurus.*

ξ. Citacio quando causa reassumatur iam incepta et diu non[11]) agitata.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Discrecioni tue[12]) presencium tenore conmittimus et mandamus, quatenus R de tali loco ex parte nostra peremptorie[13]) citare curetis, ut in crastino festiuitatis[14]) beati

1) B: *petite.*
2) B: *non proceditur nisi.*
3) B: *si exercitum.*
4) In B ist *alioquin contra eum procedetur* ausgefallen.
5) B: *priuacione.*
6) B: *ponere.*
7) Dieser satz fehlt in B.
8) B: *positurus.*
9) A: *proponere voluerit.*
10) B: *iusticia.*
11) B: *quando resumitur causa diu.*
12) B: *etc. dilectioni uestre.*
13) In B fehlt *peremptorie.*
14) B: *ut tali die post festum.*

Martini proximo venturo, si dies iuridica[1]) fuerit, alioquin prima die iuridica tunc sequenti, per se uel procuratorem ydoneum, vbicumque in prouincia nostra fuerimus, conpareat coram nobis, in causa que inter ipsum ex vna parte et P de tali loco super ecclesia de . . vertitur coram nobis secundum retro acta[2]) quantum de iure fuerit processurus.

Alioquin contra ipsum et[3]) in ipsa causa procedemus, mediante iusticia, ipsius absencia non obstante.

Diem vero citacionis etc. *ut supra.*

### *o.* Citacio ad certum actum.

Discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, et districte precipiendo mandamus, quatenus R de tali loco per vos uel alium ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut octaua die post citacionem nostram, si dies feriata non fuerit, alioquin proxima die non feriata, per se uel[4]) procuratorem ydoneum, vbicumque in prouincia nostra fuerimus, conpareat coram nobis, contestaturus litem — *uel* iuraturus de calumpnia et de veritate dicenda, *uel* aduerse partis[5]) posicionibus responsurus, *uel* ad videndum[6]) iurare testes, *uel* ad concludendum,[7]) *uel* auditurus sentenciam — in causa que inter ipsum ex vna parte et P de tali loco ex altera super ecclesia de . . vertitur coram nobis.

Alioquin tam ad ipsam litem pro contestata habendam[8]) in contumaciam eius quam alias[9]) ut iustum fuerit procedemus. *uel sic:* alioquin tam ad iuramentum calumpnie[10]) ab aduersa parte in ipsius contumaciam recipiendum quam alias[11]) in ipsa causa quantum de iure fuerit procedemus.

Diem vero citacionis et formam etc. *ut supra.*

## c.

### *α.* Citacio facta a iudice delegato.

Gotfridus archydiaconus lewensis[12]) domini pape iudex delegatus prouido et discreto viro salutem et sinceram in domino karitatem.[13])

---

1) B: *uenturum si dies feriata non.*
2) A: *secundum retracta.*
3) In B fehlt *et.*.
4) B: *uel per alium.*
5) B: *parti.*
6) B: *uel audiendus.*
7) B: *ducendum.*
8) B: *ipsam pro contestata habenda.*
9) B: *eius uel aliter.*
10) B: *calumpnii.*
11) B: *aliter.*
12) B: *Gotiscidus archidiaconus leuen* mit dem abkürzungshäckchen über dem *n.*
13) B: *uiro I salutem in domino.* Zu dem *I* ist von der feineren hand in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *Vita-*

Noueritis, nos recepisse litteras sanctissimi patris domini M pape iiii, tenoris et continencie infrascripte: *Martinus episcopus seruus seruorum dei* etc. *ponatur totus tenor litterarum. postmodum sic dicatur:*

Volentes ergo mandatum huiusmodi reuerenter exequi, ut tenemur, vobis auctoritate qua fungimur districte[1]) precipiendo mandamus, quatenus prima die post festum sancti Martini proximo futurum, si dies feriata non fuerit, alioquin proxima die iuridica[2]) tunc sequenti,[3]) per vos vel per responsalem ydoneum coram nobis R[4]) conparere[5]) curetis, proposituri super premissis omnibus quidquid iuris uel[6]) facti volueritis, et[7]) hiis que per aliam partem proposita fuerint prout iustum fuerit responsuri.

Alioquin contra vos ut iuris ordo fuerit procedemus.[8])

---

*lis canonico et P Iuliani archidiacono sancti Nicolai engohinensis dyocesis.*

1) In B fehlt *districte.*

2) In A ist von *proximo* an bis hieher alles ausgefallen.

3) In B fehlt *tunc sequenti.*

4) A: *nobis Rat* mit zwei abkürzungsstrichen über dem *t.*

5) B: *coram nobis uenire.*

6) B: *et.*

7) B: *uel.*

8) Ein verweisungszeichen führt hier in B zur nachstehenden von der feineren hand an den unteren rand der ersten spalte geschriebenen formel:

Alias sic:

Salutem etc.

Citetis peremptorie ad diem talem R clericum. delaturum ostensurum et exhibiturum coram nobis in iudicio nobis et P omnes litteras apostolicas uel metropolicas. per quas et auctoritate quarum facit citari et vexari seu ad iudicium euocari dictum P maliciose et calumpniose et vt dicitur abusiue, et per litteras falsas abusiuas et nullam sibi nec aliquam contra ipsum attribuentes iurisdictionem sedis apostolice seu delegati eiusdem, et vltra duas dietas — *aliter* vnam dietam — a fine talis dyocesis vbi dictus P inhabitat, et ad loca remota et minus insignia vbi commode haberi non potest iurisperitorum copia, ad instanciam ipsius uel talium, qui sunt eidem P persone ignote, videlicet coram priore de N — non capace dictam iurisdictionem nec creato per electionem etc.— et factum eidem copiam dictarum litterarum, si eam habere voluerit de eisdem, maxime cum sua intersit eas videre et habere, cum eis visis et sibi ostensis intendat eas redarguere de falso, et certificaturum ipsum de diei assignacione, cum ipsam ignoret, et de persona et de loco et de iudice.

Et nichilominus citetis coram nobis ad dictam diem peremptorie H procuratorem dicti clerici, purgaturum se per suum iuramentum, vtrum procurauerit uel procurari fecerit quod dictus R filius suus dictum P faciat vexari — vt dictum est — citari seu ad iudicium euocari, facturos et recepturos vlterius vt linea requirit equitatis.

Alioquin etc. datum etc.

Et ista citacio potest habere locum in testamentis et instrumentis ostendendis.

### β. De hiis que in delegatorum citacionibus requiruntur.[1]

Notet hic notarius, quod vii sunt circa citacionem delegatorum[2] sollempniter attentenda.

Primum, quod nomen delegati semper est omnibus preponendum,[3] pro eo quod vice[4] fungitur delegantis, et sic maior est omnibus de quorum causa cognoscit.[5]

Secundum, quod semper in salutacione se dicat iudicem delegatum.

Tercium quod tenor recepti in citacionibus[6] scilicet in prima totaliter inseratur.

Quartum, quod ad certos diem et locum[7] quis ad iudicium euocetur.

Quintum, quod sit locus sollempnis vbi possit aduocatorum copia inueniri.

Sextum, quod secundum facultatem persone citande et qualitatem negocii de quo agitur iudex debeat inducias moderari.

Septimum et ultimum, quod semper hec clausula ponatur in citacione: *si dies feriata non fuerit, alioquin proxima die etc. ut supra.* uel dicatur sic: *quod si dictus terminus in diem inciderit feriatam, sequentem non feriatam vobis pro termino assignamus.*

Item semper debent apponi in citacionibus verba conminatoria, prout superius scriptum[8] est in illa clausula: *alioquin contra vos* — uel *contra te*[9] — *procedemus ut iusticia suadebit.*

## d.

### α. De citacionibus per nuncium faciendis.

Consueuerunt interdum citaciones per nuncios[10] fieri. vnde expedit ut de ipsis aliqua vobis scribam.

Sciendum est, quod — quando citacio fit per nuncium sine litteris — debet esse certus[11] et iuratus: aliter non staretur relacioni ipsius.

Item cum ipse nuncius[12] debeat de speciali citare mandato iudicis, necesse est ut mandatum factum nuncio

---

1) B: *in legatorum actionibus inquiruntur.*
2) B: *citaciones delegantis.*
3) B: *semper in omnibus premittendum.*
4) B: *iure.*
5) B: *cognoscitur.*
6) B: *tenor rescripti in citacione.*
7) B: *dies et locos.*
8) In B fehlt *scriptum.*
9) In A fehlt *te.*
10) B: *nuncium.*
11) B: *certus nuncius.*
12) B: *notarius.*

per notarium conscribatur,[1]) quia — licet stetur relacioni nuncii qui citauerit — non tamen statur uel creditur ei quod citacio sibi mandata[2]) fuerit facienda, nisi quatenus constiterit per scripturam. et sic de conscribendo[3]) precepto faciendo nuncio primitus est videndum.

### β. Qualiter scribi debeat preceptum citacionis per nuncium faciende.[4])

Scribat igitur ita notarius.

Die tali[5]) reuerendus pater dominus . . dei gracia cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas[6]) mandauit Iohanni de Cantuaria, nuncio suo iurato, quod ad domum in qua habitat uel[7]) habitare consueuit R de tali loco accedat, et eundem[8]) ex parte sua citare procuret,[9]) ut die tali, si feriata non fuerit, alioquin proxima die iuridica tunc sequenti, per se uel procuratorem ydoneum conpareat coram eo, P de tali loco super tali re[10]) de iusticia responsurus. alioquin etc. *ut supra.*

*Uel sic:* reuerendus pater etc. mandauit Iohanni de Cantuaria, suo iurato nuncio, ut R de tali loco, si eum personaliter inuenire potuerit,[11]) alioquin in domo in qua habitat[12]) uel habitare consueuit, citare procuret, ut die tali etc. *ut supra.*

### γ. Relacio nuncii.

Iohannes de Cantuaria, nuncius suprascriptus,[13]) retulit mihi notario infrascripto, se citasse R predictum[14]) personaliter inuentum ex parte domini archyepiscopi supradicti iuxta[15]) formam mandati superius[16]) sibi facti.

*Uel sic:* retulit mihi notario infrascripto, se iuisse ad domum in qua habitat uel habitare consueuit R de tali loco, et dixisse ipsius R familie et vicinis,[17]) quod ipsum R citabat ex parte domini archyepiscopi supradicti, ut conpareret coram eo secundum formam mandati superius sibi facti.

---

1) B: *scribatur.*
2) A: *mandato.*
3) A: *scripturam. deferendo.*
4) B: *preceptum factum citacionis per nuncium.*
5) B: *notarius de.*
6) B: *dominus I dei gracia etc.*
7) B: *et.*
8) B: *R. de . . accessisset et eum.*
9) B: *procurasset.*
10) B hat hier blos: *proxima etc. super talis quid.*
11) B: *habere poterit.*
12) B: *ad domum quam inhabitat.*
13) B: *subscriptus.*
14) A: *per dictum.*
15) B: *secundum.*
16) B: *super.*
17) B: *R vicini.*

*Uel sic:* retulit mihi notario infrascripto, se citasse predictum R ipsius domui et vicinis, cum personam eius inuenire non posset, secundum formam mandati superius sibi facti.

*d.*

Licet de iure sic esset primo preceptum [1]) et postmodum relacio conscribenda, [2]) consuetudo tamen est in romana curia quam alibi vbi fui, ut sola nuncii relacio conscribatur.[3]) et nunquam vidi contra hoc obicere. nec credo, quod contra hoc obiciens — repugnante dicta[4]) consuetudine — audiretur. quantum in citacionibus. secus autem esset in aliis mandatis que per nuncios sepe fiunt.

*e.*

Relacio quidem[5]) facta per nuncium — nulla scriptura mandati sibi facti precedente [6]) — sic scribitur.

Alia relacio [7]) nuncii.

Iohannes de Cantuaria, nuncius domini archyepiscopi,[8]) retulit mihi ,notario infrascripto, se de mandato ipsius domini archyepiscopi specialiter sibi facto citasse heri R de tali loco personaliter inuentum, *uel* ad domum in qua habitat uel habitare consueuit, ut die lune proxima, si curia fuerit, alioquin proxima die curie [9]) tunc sequenti — *uel sic:* ut die lune proxima, si dies feriata non fuerit, alioquin proxima die iuridica [10]) tunc sequenti — peremptorie conpareat coram eo per se uel responsalem ydoneum, P de tali loco super quibusdam decimis pro quibus contra eum intendit agere, et rebus aliis, *uel* super quadam summa pecunie quam ab eo intendit petere, *uel* super manuum [11]) iniectione per ipsum R in personam ipsius P clerici temerarie facta, ut dicitur, et rebus aliis de iusticia responsurus.

Alioquin etc.

*f.*

Notandum est, quod relacio citacionis facte per nuncium secundum modum premissum semper debet tria tempora continere.

---

1) B: *iure sit primum receptum.*
2) B: *relacio nuncii conscribatur.*
3) Von *consuetudo* an bis hieher ist in B alles ausgefallen.
4) B: *repugnantem de.*
5) B: *quedam*
6) B: *scriptura sibi facta pendente.*
7) B: *alia forma seu lacio.*
8) B: *nuncius iuratus.*
9) In A fehlt *curie.*
10) B: *consueuit, ut die lune proxima, si non fuerit feriata, alioquin proxima die curie.*
11) B: *manus.*

Videlicet diem qua facta [1]) est ipsa relacio, [2]) quia non solum in relacione nuncii set in omnibus suis scripturis notarius debet preponere [3]) diem, ut sciatur qua die sunt facte.

Item continere debet relacio nuncii bene scripta diem [4]) qua facta fuerit citacio, ut sciatur si inter diem qua fuit [5]) citatus et diem qua debuit [6]) conparere tanti [7]) est temporis spacium quod citatus potuerit [8]) conparere. verbi gracia si citatus distat a loco vbi conparere debet per tres dietas communes, et nuncius maliciose citauit [9]) eum hodie [10]) in domo sua uel vbique, [11]) ita distantem quod cras conpareat, [12]) eo ipso excusatus est, nec conparere tenetur, [13]) cum nemo ad inpossibile [14]) obligetur.

Debet etiam continere diem qua citatus debeat conparere, ut sciat iudex quando [15]) contra ipsum citatum uel pro ipso sit in negocio procedendum.

## 2.

Quia sepe citacionis littere diriguntur eidem persone cui mandatur in iudicio conparere, oportet actorem si caute wlt agere ut de presentacione ipsarum litterarum facta ipsi citato [16]) fieri faciat publicum instrumentum, pro eo quod si citatus negaret ad eum citacionis litteras peruenisse, nisi actor probaret se ipsas litteras sibi presentasse uel presentari fecisse [17]) uel saltem ad domum suam eas dedisse, non posset reus contumax reputari. quod instrumentum presentacionis taliter scribi debet.

### a. Instrumentum quando citato citatorie presentantur. [18])

In nomine domini amen.

Anno eiusdem etc. Petrus de tali loco presentauit R loci eiusdem ex parte reuerendi patris domini I dei gracia cantuariensis archyepiscopi — *uel* ex parte venerabilis viri domini talis domini pape iudicis delegati — et

---

1) In A fehlt *facta*.
2) A: *citacio*.
3) B: *proponere*.
4) A: *die*.
5) B: *fuerit*.
6) B: *debuerit*.
7) B: *tunc*.
8) B: *poterat*.
9) B: *citauerit*.
10) In A fehlt *hodie*.
11) B: *ubicunque*.
12) B: *que tres conparet*.
13) A: *curetur*.
14) B: *inpossibilitatem*.
15) B: *an*.
16) B: *facta sit citacio et*.
17) In B fehlt *uel presentari fecisse*.
18) A hat hier das rubrum des nächsten stückes.
B: *quando citacio a citatore littere presentantur*.

in manus[1]) eius posuit quasdam citatorias litteras, eiusdem domini sigillo munitas, tenoris et continentie infrascripte: *frater I*[2]) *permissione diuina* etc. *et ponatur totus tenor litterarum. deinde dicatur sic:*

Quas litteras idem R reuerenter suscepit et legit, *uel*[3]) recipere noluit, coram me notario et testibus infrascriptis.

Actum in tali loco, presentibus talibus testibus.

b.

Fit etiam — et caute — publicum iustrumentum, quando alicui iudici[4]) delegato uel executori littere sue delegacionis[5]) uel execucionis[6]) primitus presentantur. cuius instrumenti forma hec est.

Instrumentum quando alicui delegato uel executori[7]) littere apostolice presentantur.

In nomine domini amen.

Anno eiusdem etc. P rector ecclesie de . . constitutus[8]) in presencia reuerendi patris domini I dei gracia cantuariensis archyepiscopi,[9]) deuote presentauit eidem, ac ipse dominus archyepiscopus reuerenter suscepit, quasdam litteras sanctissimi[10]) patris domini M pape iiii, cum vera bulla plumbea et filo canapis,[11]) non cancellatas, non abrasas,[12]) non abolitas,[13]) nec viciatas in aliqua parte sui, tenoris et continencie infrascripte: *Martinus episcopus seruus seruorum dei* etc. *ponatur tenor*[14]) *litterarum. demum*[15]) *dicatur:*

Quas quidem litteras de mandato dicti domini archyepiscopi ego infrascriptus notarius de verbo ad verbum transscripsi, et hoc transscriptum ex litteris[16]) sumptum meo signo[17]) et nomine roboraui.

Actum in tali loco, presentibus talibus etc.

3.

Viso de formis procuracionum, citacionum, instrumentorum que de presentacione litterarum fiunt aliquando,

1) B: *manibus*
2) B: *Iohannes.*
3) B: *et tenuit et.*
4) B: *per publicum instrumentum alicui iudicii.*
5) A: *denegacionis.*
6) B: *excusacionis.*
7) A: *delegacio uel execucio.* In B fehlt *uel executori.*
8) B: *Petrus rector talis ecclesie constitutus.*
9) B: *patris etc.*
10) B: *summi.*
11) B: *cum vero filo de canaba et in integro et vera bulla.*
12) B: *rasas.*
13) B: *obolitas.*
14) B: *totus tenor.*
15) B: *deinde.*
16) B: *litteris ipsis.*
17) B: *sigillo.*

videndum est qualiter sit presentacio rei seu actoris aut procuratorium ipsorum et exhibicio procuratorii conscribenda, [1]) et cuiuslibet contumacia accusanda. [2])

a. Presentacio actoris reo non veniente.

Petrus rector ecclesie de . . presentauit se coram domino archyepiscopo suprascripto contra R de tali loco [3]) citatum ad instanciam ipsius P, et exhibuit quasdam litteras citatorias, [4]) dicti domini archyepiscopi sigillo [5]) munitas. quarum tenor talis est: *frater I permissione diuina* etc. *ponatur tenor tocius littere. denique* [6]) *sic dicatur:*

Et quia dictus R nec per se nec per alium conparere curauit, idem P suam contumaciam accusauit.

b.

Si vero conmissum fuerit alicui quod reum citet, tunc notarius ita scribat.

Alia presentacio super eodem.

Petrus de tali loco presentauit se coram domino archyepiscopo suprascripto contra R de tali loco, presentans mihi notario infrascripto [7]) quasdam citatorias litteras, dicti [8]) domini archyepiscopi sigillo munitas, et quasdam alias litteras decani . . qui dictum R citauerat, sigillo ipsius decani vallatas. [9])

Quarum litterarum tenores tales sunt. [10]) *ponantur tenores* [11]) *ambarum litterarum. deinde sic dicatur:*

Et quia dictus R nec per se nec per alium sufficienter conparere curauit, licet quendam procuratorem transmiserit, qui mandatum non habebat sufficiens, nec cauere voluit ut debebat, idem P instanter dicti R contumaciam accusauit.

c.

Quia decani [12]) et alii clerici quibus citaciones et alia exequenda mandantur minus sufficienter quandoque rescribunt, ideo verum modum rescribendi notabo.

1) B: *procuratoris ipsorum exhibicio procuratorii conscribendi.*
2) B: *contumacie accusandi.*
3) B: *Robbm* (mit dem abkürzungshäckchen durch *bb*) *petri de.*
4) B: *citacionis.*
5) In B fehlt *sigillo.*
6) B: *ponatur totus tenor litterarum. deinde.*
7) B hat blos: *suprascripto et.*
8) B: *ipsius.*
9) B: *munitas.*
10) B: *tenor talis est.*
11) B: *et ponatur totus tenor.*
12) B: *decanus.*

α. Modus rescribendi quando citacio uel aliquid [1] alicui conmittitur faciendum.

Reuerendo in Christo patri domino I dei gracia cantuariensi archyepiscopo tocius Anglie primati decanus suthillagensis [2] reuerenciam debitam et honorem.

Reuerende paternitatis vestre litteras sub hac forma recepi: *frater I* etc. *ponatur totus tenor litterarum. postmodum sic dicatur:*

Quarum auctoritate R personaliter inuentum tali die citaui iuxta vestrarum litterarum continentiam. [3]

*Uel sic:* quarum auctoritate Iacobum [4] clericum, nuncium meum [5] iuratum, ad domum ipsius R ut eum citaret transmisi. qui [6] Iacobus, [7] sicut nobis postmodum veridice retulit, ipsum R personaliter inuentum tali die citauit iuxta [8] vestrarum continenciam litterarum.

*Uel sic:* quarum auctoritate prefatum R domui et vicinis, cum personam ipsius inuenire nequiuerim, [9] tali die citaui [10] iuxta vestrarum continenciam litterarum.

Datum in tali loco, iiii idus maii, anno domini m°. cc°. lxxxiiii. [11]

β.

Ut tollatur insufficiens modus Anglie rescribendi, qui talis est: *mandatum vestrum sum reuerenter executus,* et sic [12] non constat vtrum in persona eum citauerit uel ad domum, et vtrum per se uel alium, nec qua die citatus fuerit, nisi sicut ex data [13] littere certificacio qualiquali [14] modo presumitur, sciant cuncti, [15] modum et formam qua mandatum execucioni mandatur rescribendum esse [16] clarissime et aperte, ut sciatur qualiter et quomodo [17] sit mandatum conpletum.

Verbi gracia si mandatur alicui, ut aliquem exconmunicatum denunciet, debet rescribere: *tali die* [18] *in tali ecclesia in missarum sollempniis, pulsatis campanis et candelis accensis,*

---

1) B: *uel quid.*
2) B: *patri etc. decanus de . .*
3) Dieser satz von *quarum* an fehlt in B, wie natürlich auch das folgende *uel sic.*
4) In B fehlt *Iacobum.*
5) B: *clericum meum uel nuncium.*
6) A: *quod.*
7) B: *clericus.*
8) B: *inuentum de tali iuxta.*
9) B: *ipsius non inuenerit.*
10) B: *citauerit.*
11) B: *loco. iii. kal. octobris. anno domini a natiuitate etc.*
12) B: *si.*
13) B: *nisi citatum.*
14) B hat blos: *quali.*
15) B: *deficiant cum de certum.*
16) B: *describendi cause.*
17) B: *quando.*
18) B: *debet scribere diem.*

*talem exconmunicatum publice nunciaui iuxta* [1]) *vestrarum continenciam litterarum.*

Et sic distincte rescribi [2]) debet in omnibus que mandantur.

d. Qualiter scribatur quando aliquis contumax reputatur. [3])

Quia R de tali loco, citatus peremptorie, ut tali die coram prefato domino archyepiscopo conpareret per se uel responsalem ydoneum, P de tali loco de iusticia responsurus, contumaciter conparere [4]) neglexit, ideo dictus dominus archyepiscopus ipsum R contumacem reputauit, pronuncians contra ipsum esse tamquam contumacem in hiis que iuris ordo [5]) postulat procedendum.

e.

Accusata contumacia, et reo contumace per iudicem reputato, et pronunciato [6]) contra ipsum, ut premissum est, sequitur ut contra ipsum [7]) reum actore petente exconmunicacionis sentencia promulgetur. [8])

*α.* Sentencia exconmunicacionis.

Frater I permissione diuina etc. dilecto in Christo filio . . salutem et sinceram in domino karitatem.

Cum R de tali loco legittime ac peremptorie citari fecerimus, [9]) ut responsurus P de tali loco in causa quam sibi mouet uel mouere intendit super tali re [10]) coram nobis certo termino [11]) conpareret, et in ipso termino [12]) per se uel alium contumaciter conparere despexerit, discrecioni vestre [13]) presencium tenore conmittimus, et sub pena exconmunicacionis districte precipiendo mandamus, quatenus eundem R — quem ob dictam eius contumaciam per presentes exconmunicamus in scriptis — tamdiu per vos uel alium seu alios in ecclesia vestra et [14]) alibi vbi expedire credideritis [15]) exconmunicatum publice nuncietis et nunciari faciatis, quousque super hiis nostris et ecclesie [16])

1) B: *per.*
2) B: *districte scribi.*
3) B: *reperitur.*
4) B: *uenire.*
5) In A fehlt *ordo.*
6) B: *pronunciauit.*
7) B: *si qui ipsum.*
8) B: *sentenciam promulgauit.*
9) B: *fecerim.*
10) B: *intendit talis contra ipsum.*
11) In B ist von der feineren hand hiezu in den leeren mittleren raum bemerkt: *aliter die tali.*
12) B: *conpareret ad ipsum terminum.*
13) B: *despexit. uobis.*
14) B: *ecclesia uel.*
15) B: *videritis.*
16) B: *ecclesie nostre.*

venerit parere mandatis, rescribentes nobis fideliter per vestras patentes litteras harum seriem continentes, *uel* instrumentum publicum, quidquid inde[1]) duxeritis faciendum.

Datum etc.[2])

*β.*

In curia romana non consueuit apponi[3]) illa clausula vltima que incipit: *rescribentes nobis fideliter* etc. set loco illius apponitur ista: *reddite has litteras, sigillo vestro munitas, mandato conpleto.*

Et sic fiunt due caude in littera quando quis exconmunicatur. in una appenditur sigillum exconmunicantis,[4]) et mittitur sic ad eum qui debet denunciare. ille vero postquam denunciauerit, apponit sigillum suum eidem littere in alia cauda, in signum quod est mandatum conpletum.[5]) et aliter non rescribitur.

Tucius autem credo, et maxime extra curiam romanam vbi dicta consuetudo non sit, rescribere clare et aperte omnia que fecit, secundum quod superius in titulo de modo rescribendi[6]) notatur.

Nec variatur in predicta curia verbum quod post salutacionem apponitur, set semper apponitur in huiusmodi[7]) iudicialibus litteris sic: *salutem in domino.*

*γ.* Sentencia exconmunicacionis in alia forma.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, et districte precipiendo mandamus, quatenus R de tali loco — quem per presentes ob contumaciam[8]) exconmunicamus in scriptis, pro eo quod legittime ac peremptorie citatus, ut in causa quam sibi mouet seu mouere intendit P de tali loco super quadam summa peccunie et rebus aliis coram nobis certo termino conpareret, super premissis eidem P de

---

1) B: *ex ea.*

2) In B führt ein verweisungszeichen hier auf nachstehende bemerkungen von der feineren hand am äusseren unteren linken rande der ersten spalte:

*Uel:* presentes litteras in secunda uua in signum executi et completi mandati sigilletis.

*Uel sic:* presentes litteras in secunda uua pro execucione predicti mandati, in tercia pro monicione predicta, in signum omnium premissorum sigillo vestro muniatis etc.

3) B fügt noch bei: *in premissa forma.*

4) B: *apponatur sigillum exconmunicacionis.*

5) B: *quod ipse mandatum expleuit.*

6) Vorhin in 2. c. s. 636—638.

7) B: *hiis.*

8) B fügt *suum* bei.

iusticia responsurus, contumaciter conparere contempsit — per vos uel alium seu alios in ecclesia vestra et [1]) alibi vbi expedire credideritis [2]) tamdiu exconmunicatum publice nuncietis etc. *ut supra.*

f.

Reo exconmunicato in sua contumacia permanente, petit interdum actor, [3]) ut exconmunicacionis sentencia in reum lata per iudicem aggrauetur. quod sic [4]) fieri consueuit.

*α.* Aggrauacio sentencie exconmunicacionis.[5])

Olim R de tali loco ob ipsius [6]) contumaciam ad instanciam P de tali loco exconmunicauimus, et mandauimus exconmunicatum publice nunciari. quam exconmunicacionem diu sustinuit, et adhuc sustinet animo indurato.

Quia vero crescente contumacia [7]) crescere debet et pena, discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, et sub pena exconmunicacionis districte precipiendo mandamus, quatenus predictum R sic exconmunicatum quibuslibet diebus dominicis et festiuis, pulsatis campanis et candelis accensis, coram fideli populo in ecclesia vestra et alibi vbi expedire videritis per vos uel alium seu alios exconmunicatum publice nuncietis et nunciari [8]) faciatis, quousque super hiis nostris et ecclesie [9]) venerit parere mandatis.

Inhibeatis nichilominus [10]) omnibus et singulis vicinis notis domesticis et propinquis sub pena exconmunicacionis nominatim et expresse, ne [11]) cum eodem sic exconmunicato in cibo potu loquela [12]) emendo vendendo molendo coquendo ignem uel aquam ei dando [13]) seu quocumque modo alio participare [14]) presumant, rescribentes nobis fideliter etc.

*β.* Forma grauior super eodem.[15])

Olim R de tali loco ob contumaciam ipsius ad instanciam [16]) P loci eiusdem exconmunicauimus, et mandauimus

---

1) B: *seu.*
2) B: *videritis.*
3) In B fehlt *actor.*
4) B: *adgrauatum quod.*
5) B: *forma grauior.*
6) B: *robbm* (mit dem abkürzungshäckchen durch *bb*) *de . . ob eius.*
7) B: *eius contumacia.*
8) B: *denunciari.*
9) B: *ecclesie nostre.*
10) B: *mandatis. inhibemus.*
11) B: *ut.*
12) B: *loquendo.*
13) B: *vendendo etc.*
14) B: *participando.*
15) B hat nur: *super eodem.*
16) In A ist *ipsius ad instanciam* ausgefallen.

exconmunicatum publice nunciari. quam exconmunicacionem diu sustinuit, et adhuc sustinet animo indurato.

Quare cum crescente contumacia [1]) crescere debeat et pena, discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, et sub pena exconmunicacionis districte [2]) precipiendo mandamus, quatenus per vos uel alium seu alios ex parte nostra nominatim et expresse pro primo secundo et tercio [3]) moneatis [4]) omnes et singulos, tam mares quam mulieres, amicos vicinos notos domesticos et propinquos dicti R, sub pena exconmunicacionis districte mandantes eisdem quod nullus cum ipso R sic exconmunicato [5]) in cibo potu loquela emendo vendendo coquendo molendo ignem uel aquam dando uel [6]) alio quocumque modo participare presumat.

Alioquin participantes cum eo, [7]) si sic moniti infra iiii dies [8]) non [9]) ab ipsius participacione cessauerint, quos ex nunc [10]) per presentes exconmunicamus in scriptis, exconmunicatos vna cum predicto R quibuslibet diebus dominicis et festiuis in ecclesia vestra et alibi vbi expedire videritis, pulsatis campanis et candelis accensis, in missarum sollempniis coram fideli populo publice nuncietis et nunciari [11]) faciatis, quousque super hiis nostris et ecclesie [12]) venerint parere mandatis.

Diem vero monicionis, denunciacionis et formam, et quidquid inde feceritis nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes, *uel* instrumentum publicum, vna cum presentibus fideliter intimetis.

Datum etc.

g.

Cum quis diu in exconmunicacionis sentencia perseuerat, post aggrauacionem huiusmodi [13]) saltim per annum, consueuit interdum talis [14]) exconmunicatus ab officio et beneficio suspendi. que suspensio ita scribitur.

---

1) B: *eius contumacia.*
2) In B fehlt *districte.*
3) In B ist hiezu von der feineren hand *peremptorio* beigefügt.
4) Ebendort ist von der feineren hand in den leeren mittelraum zwischen beiden spalten und von der gröberen an den seitenrand der zweiten spalte bemerkt: *P et Iohannem et G et R et omnes alios et.*
5) B: *ipso exconmunicato.*
6) B: *potu etc. et.*
7) B: *cum dicto R.*
8) B: *si sint moniti id est quarto die.*
9) In A fehlt *non.*
10) B: *extunc.*
11) B: *denunciari.*
12) B: *nostre ecclesie.*
13) B: *per agrauacionem hic.*
14) In B fehlt *talis.*

Sentencia suspensionis ab officio et beneficio.

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater I permissione diuina etc.

Noueritis, nos olim R de tali loco ad instanciam P loci eiusdem ob eius contumaciam exconmunicacionis sentencia innodasse, ac ipsam exconmunicacionis sentenciam contra ipsum, ipsius crescente contumacia, postmodum aggrauasse. quam exconmunicacionem et aggrauacionem tamquam inobediencie filius dei timore postposito diu [1]) sustinuit, et adhuc sustinet, in sua pertinacia[2]) perseuerans.

Ne igitur de sua glorietur malicia, et ipsius facti peruersitas trahatur a presumptoribus in exemplum, ipsum R tenore presencium ab officio et beneficio duximus suspendendum.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum Londonii iiii kalendas octobris. [3])

h.

α. Littera absolucionis a sentencia exconmunicacionis.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Discrecioni tue presencium tenore conmittimus, et sub pena exconmunicacionis districte precipiendo mandamus, quatenus R de tali loco — quem per presentes absoluimus ab exconmunicacionis sentencia, lata per nos in ipsum ob contumaciam[4]) ad instanciam P de tali loco — in ecclesia tua et alibi vbi expedire credideris per te uel alium siue alios publice denuncies et denunciari facias absolutum, pro eo quod idem R de parendo iuri et stando mandatis ecclesie corporale [5]) coram nobis prestitit iuramentum, et quia dictus P refusis sibi expensis ob contumaciam ipsam factis huic absolucioni assensum [6]) prestitit liberalem.

Datum etc. *ut supra.*

β. Alia forma super eodem. [7])

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater I etc. salutem in domino sempiternam.

---

1) In B ist von späterer hand für eine im texte radirte stelle an den linken rand bemerkt: *inmemor sue salutis*, welches letzte wort auch ganz auf die rasur geschrieben ist.

2) B: *sustinet animo indurato in sua per contumacia.*

3) B: *datum etc.*

4) Vor *contumaciam* ist in B von alter hand *eius* angemerkt.

5) B: *mandatis nostris et ecclesie nostre corporaliter.*

6) B: *consensum.*

7) B: *absolutio super eodem.*

Vniuersitati vestre presencium tenore innotescat, quod nos R de tali loco ab exconmunicacionis sentencia, lata per nos in eum ob contumaciam [1]) ad instanciam [2]) P de tali loco, absoluimus per presentes, restituentes eundem ecclesiasticis sacramentis, pro eo quod idem R ad mandata nostra et ecclesie [3]) rediens de parendo iuri et stando mandatis ecclesie corporale [4]) coram nobis prestitit iuramentum, et quia etc. *ut supra proximo.*

*γ.*

Quia quandoque vocatur [5]) notarius, ut de absolucione huiusmodi publicum conficiat instrumentum, conueniens est ut ad hoc [6]) exhibeam certam formam.

Instrumentum absolucionis. [7])

In nomine domini amen anno eiusdem etc.

Vniuersis presens publicum [8]) instrumentum inspecturis pateat manifeste, quod reuerendus pater dominus I dei gracia cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas [9]) R de tali loco, quem idem dominus archyepiscopus exconmunicauerat ob contumaciam [10]) ad instanciam P de tali loco, de ipsius P assensu absoluit, [11]) recepto ab eo corporali [12]) iuramento de parendo iuri et stando mandatis ecclesie, ac ipsi P [13]) refusis expensis omnibus ob contumaciam ipsam factis.

Actum in tali loco, presentibus talibus etc.

*δ.* Quando conmittitur alicui quod exconmunicatum absoluat.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Discrecioni vestre presencium tenore conmittimus et mandamus, quatenus R de tali loco, quem ad instanciam P loci eiusdem ob contumaciam exconmunicauimus, vocato dicto P, et eidem refusis expensis ob contumaciam ipsam factis, ab ipsa exconmunicacionis sentencia iuxta formam ecclesie absoluatis, et eundem in ecclesia vestra et alibi

---

1) B fügt bei: *ipsius.*
2) B: *instancias.*
3) B: *ecclesie nostre.*
4) B: *mandatis nostris et ecclesie corporaliter.*
5) B: *notatur.*
6) In B fehlt *ad hoc.*
7) B: *alia forma super absolucione.*
8) In B fehlt *publicum.*
9) B: *pater I dei gracia etc.*
10) B: *eius contumaciam.*
11) B: *absoluit eundem R.*
12) B: *corporaliter.*
13) B hat hier *R.*

vbi expedire videritis per vos uel alium seu alios denuncietis et denunciare [1]) faciatis publice absolutum. [2])

Datum etc.

---

1) B: *denunciari.*

2) Ein verweisungszeichen führt hier in B auf nachfolgende von der feineren wie auch von der gröberen hand an den oberen und unteren rand bemerkte formeln:

Aliter sic.

Si vobis constiterit, R de M satisfecisse P de M in centum sollidis turonensibus, in quibus idem R eidem P exstitit sentencialiter condempnatus ex iusta causa per nos, et x sollidis pro expensis sibi adiudicatis, ab ipsa exconmunicacionis sentencia ipsum R, quem in hiis scriptis absoluimus cum suis participantibus, ut eundem R et eius participantes absolutos in ecclesia vestra et allibi etc.

Uel sic.

Si vobis constiterit, R satisfecisse P etc. ab ipsa exconmunicacionis sentencia auctoritate nostra iuxta formam ecclesie etc. *ut supra.*

Aliter sic.

Quoniam P de M citatus ad talem diem coram nobis, visurus absolucionem R de tali loco, ad instanciam ipsius P dicta, die dictus P non conparuit nec venit citatus, visurus absolucionem, nec aliquis pro eodem, dicto R — *uel* eius procuratore — conparente et petente beneficium absolucionis per nos sibi impertiri (cod. *imparturi*) et eius familie, eo quantum debuit conparente, vobis mandamus quatenus dictum R, quem presentem absoluimus a sentenciis quibus erat ligatus a nobis ad instanciam dicti P in hiis scriptis, absoluatis, et eum absolutum in vestra ecclesia publice nuncietis, et pro absoluto cum eius familia habeatis.

Datum etc.

Absolucio ad cautelam.

Frater Io prior monasterii premonstratensis (*die gröbere hand hat:* monasterii nigri (?) cluniacensis) ordinis talis dyocesis, iudex vnicus a sede apostolica delegatus, C capellano talis loci salutem in domino.

Cum a nobis auctoritate predicta dicantur sentencie interdicti seu exconmunicacionis emanasse contra P racione contumacie ad instanciam R in causa, *seu* causis, quas auctoritate apostolica dictus R contra dictum P mouebat — *seu* mouerat, *seu* mouere intendebat — coram nobis, nos plenius actis inspectis et processu, et auditis et visis cause meritis, de consilio sapientum pronunciauimus et pronunciamus dictum P dictis sentenciis non teneri nec ligatum fore, et illas sentencias fore nullas. nam ipsum P ex causis legittimis a contumaciis habuimus et habemus excusatum.

Et si de dictis sentenciis absolucione indigeat, quod non credimus, ipsum P ab eisdem duximus absoluendum ad cautelam.

Quocirca vobis mandamus, quatenus ipsum P in vestris ecclesiis denuncietis non fuisse ligatum, nec ipsum pretextu dictarum sentenciarum aliquatenus euitetis, set ipsas sentencias non tenere publice denuncietis.

Datum in tali loco etc. in cuius rei etc. sigillum etc.

Absolucio quando quis exconmunicatus decessit et non fuit absolutus ab homine.

Officialis talis capitulo tali salutem in domino.

Intelleximus, quod vos corpus R parrochiani vestri iam defuncti recusatis tradere ecclesiastice sepul-

ε.

Quandoque quis absoluitur per procuratorem. et tunc notarius ita scribat.

Absolucio domini per procuratorem.

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater I etc. salutem in domino sempiternam.

Vniuersitati vestre tenore presencium innotescat, quod nos R de tali loco ab excommunicacionis sentencia, lata per nos in eundem ob contumaciam ad instanciam P loci eiusdem,[1]) absoluimus per presentes, pro eo quod talis procurator eiusdem R[2]) ad hoc specialiter constitutus in animam ipsius domini sui de parendo iuri et stando mandatis ecclesie[3]) corporale[4]) prestitit iuramentum, et etiam quia ipse P refusis sibi expensis omnibus ob contumaciam ipsam[5]) factis huic absolucioni assensum prestitit liberalem.

Datum etc.

i.

α. Comparicio rei actore non veniente, et protestacio expensarum.[6])

Robertus,[7]) citatus ad instanciam P de tali loco, conparuit coram domino archyepiscopo suprascripto,[8]) offerens se paratum respondere dicto P et facere omnia que facere[9]) de iure tenetur, et petiit se ab instancia diei absolui, protestans legittime de expensis.

β. Licencia reo data et absolucio ab instancia diei.

Veniens ad presenciam reuerendi patris domini archyepiscopi suprascripti R de tali loco, citatus[10]) ad instanciam

ture, pro eo quod erat auctoritate nostra — *uel* ordinaria — excommunicacionis vinculo innodatus.

Vnde — cum nos piis operibus faciendis prompti esse debeamus — vobis committimus et mandamus, quatenus — si dictus R in articulo mortis per signa apparuerit euidencia quod vellet seu peteret se absolui — corpus ipsius vice nostra a sentenciis a nobis latis in ipsum ad instancias quarumcunque personarum secundum formam que in talibus consueuit ab ecclesia obseruari absoluatis, et eodem absoluto corpus ipsius R tradatis ecclesiastice sepulture, proviso tamen primitus per vos — quod si pro re iudicata ligatus fuerit — ipsi rei iudicate per heredes ipsius, primitus super hoc recepta et ab ipsis prestita sufficienti caucione.

Datum etc.

1) B: *instanciam talis eundem R.*
2) B: *quod R procurator eiusdem.*
3) In A fehlt *ecclesie.*
4) B: *corporaliter.*
5) In B fehlt *ipsam.*
6) B: *ueniente protestantis de expensis.*
7) B: *Nicholaus Iohannis.*
8) B: *supradicto.*
9) In B fehlt *facere.*
10) B: *domini I permissione etc. R. de . . citatus.*

P loci eiusdem, obtulit se paratum respondere dicto P, et facere omnia que facere [1]) de iure tenetur.

Et quia dictus P nec aliquis pro eo conparuit, quantum debuit expectatus, [2]) idem dominus archyepiscopus R licenciauit predictum, eundem ab instancia diei absoluens.

k.

Quando protestacio expensarum fit, [3]) prout superius scriptum est, tunc consueuit in fine littere [4]) reo date, scilicet in fine forme premisse, [5]) apponi hec clausula: *saluo et reseruato eidem R omni iure quod sibi contra dictum P* [6]) *competit in expensis.*

4.

Quia nonnumquam in ipso cause principio iudices recusantur, [7]) ideo subsequenter de arbitris qui causam huiusmodi recusacionis seu suspicionis [8]) diffiniunt aliquid [9]) hic notabo.

a. De arbitris.

Contingit interdum quod in prima conparicione reus recusat iudicem inpetratum, si iustam causam suspicionis [10]) habeat. nam si in aliquem suum terminum consensisset, uel coram eo aliquid petiisset, preterquam copiam procuracionis aduerse partis uel sue iuridicionis, videtur in eum tacite [11]) consensisse, ita quod eum non posset amplius recusare.

Et tunc, cum talis excepcio recusacionis proponitur, eliguntur a partibus arbitri, si est [12]) ibi actor et reus.

Si vero iudex ex officio suo procedat, tunc recusans et iudex eligunt ipsos arbitros qui de huiusmodi causa suspicionis cognoscunt.

b.

Quibus arbitris sic electis [13]) iudex recusatus consueuit suas dirigere litteras sub

1) In B fehlt *facere.*
2) B: *expectare.*
3) B: *R predictum licensiauit cum protestacione expensarum sic.*
4) B: *licencie.*
5) B: *reo dare uel in fine premisse.*
6) B: *eidem tali sibi omnia iura contra dictum talem.*
7) B: *reseruant.*
8) B: *suspectionis.*
9) In B fehlt *aliquid.*
10) B: *suspectionis.*
11) B: *partis sue iuridictioni videretur tacisse.*
12) B: *sunt.*
13) B: *si clericus.*

forma littere arbitris a iudice destinande.

Gotfridus archydiaconus lewnensis, domini pape iudex delegatus, prouidis et discretis viris R I salutem [1]) in domino sempiternam.

Cum in causa quam P de tali loco mouet seu mouere intendit R [2]) loci eiusdem super ecclesia de . . auctoritate apostolica coram nobis idem R contra nos excepcionem recusacionis proposuerit, et ad ipsam suspicionis causam cognoscendam et terminandam ipse partes vos [3]) in arbitros conmuniter elegissent, nos auctoritate qua fungimur ad [4]) cognoscendam et finiendam [5]) causam huiusmodi per vos — uel cum tercio [6]) arbitro vero [7]) assumendo — terminum xxx dierum a die date [8]) presencium conputandum peremptorium tenore presencium assignamus.

Quam nisi infra premissum vobis terminum decidatis, ex tunc in iam dicto [9]) procedemus negocio, excepcione huiusmodi [10]) non obstante.

c.

Hec littera poni debet in actis inmediate post scripturam factam de arbitrorum electione, et actor si caute voluerit agere, [11]) faciat fieri [12]) de presentacione litterarum huiusmodi publicum instrumentum secundum formam superius traditam de litteris presentandis. [13])

Formam vero sentencie dictorum arbitrorum infra in titulo de sentenciis interlocutoriis [14]) ordinabo.

In qua quidem sentencia si recusacionis excepcio pronunciabitur [15]) esse probata, tunc ille contra quem proponitur, si ordinarius est, de consensu partium et etiam inuitis partibus causam alteri potest conmittere, qui [16]) sine aliqua suspicione procedat, quod sine recusacionis consensu [17]) non potest facere delegatus.

---

1) B: *Petrus archidiaconus leuen* (mit dem abkürzungshäckchen über dem *n*) *domini pape iudex dilecto prouido et discreto viro A de . . salutem.*
2) B: *contra R.*
3) In A fehlt *vos*. B hat *nos.*
4) B: *vobis ad.*
5) B: *statuendam.*
6) B: *certo.*
7) In B fehlt *vero.*
8) A: *lite.*
9) B: *ex tunc iniciato.*
10) B: *proposita.*
11) B: *facere.*
12) In B fehlt *fieri.*
13) B: *presentatis.* Vgl. hiezu IV. 2. b. s. 635.
14) B: *et interloqucionibus.* Vgl. hiezu IV. 5. L. c, und wohl auch IV. 5. D. b. $\beta$ und $\gamma$.
15) B: *pronuncietur.*
16) B: *quia.*
17) B: *assensu.*

Si vero pronunciabitur[1]) non probata, partes ad priorem iudicem redeunt, et proceditur[2]) in negocio sub hac forma.

## 5.

### Ex[3]) ordine iudiciorum.

Primo si partes per procuratores conparerent, mandatis exhibitis, vtrique[4]) parti prefigitur terminus ad dicendum et dandum in scriptis tam contra mandata hinc inde exhibita[5]) quam contra personas procuratorum, nec non ipsi reo contra conmissionem[6]) inpetratam siue rescriptum quidquid dicere uel dare voluerit.

Et decernitur eis copia exhibitorum, facienda infra terminum eis datum.

Adueniente termino eis dato, et conprobatis mandatis, si libelli parati non sunt, datur terminus ad dandum et recipiendum libellum.

Si autem libellus paratus[7]) sit, offertur iudici, uel notario recipienti pro iudice.

Et ipse iudex, uel notarius de mandato ipsius, dat ipsum[8]) libellum reo. et prefigitur sibi terminus ad deliberandum[9]) vtrum velit cedere uel contendere.

Partibus postmodum in iudicio die termini constitutis, iudex querit a reo vtrum deliberauerit cedere[10]) uel contendere, scilicet respondere se velle cedere uel contendere,[11]) quod nunquam planum esset.[12])

Si vero responderet se velle contendere,[13]) tunc iudex secundum quandam ordinacionem et mandatum factum auditoribus[14]) palacii a domino Nycolao papa iiii[15]) querit a reo si habet aliquam excepcionem dilatoriam uel[16]) declinatoriam quam velit proponere.

Et si responderit non uel etiam sic, dummodo non nominauerit aliquam efficacem, iudex conpellit eum respondere libello.

---

1) B: *procedere voluerit.*
2) B: *reuerti poterunt et procedere.*
3) B: *de.*
4) In A fehlt *vtrique.*
5) A: *exhibito.* B: *habita.*
6) A: *remissionem.* B: *procuratorum uel contra conmissionem.*
7) B hat hier durch ausfall blos: *mandatis uel si libellus datus.*
8) In B fehlt *ipsum.*
9) B: *dicendum et deliberandum.*
10) In der handschrift fehlt *cedere.*
11) In der handschrift fehlt *uel contendere.*
12) Dieser ganze satz fehlt in B.
13) B: *si respondere se velit contempnere.*
14) B: *iudicibus.*
15) B: *domino N papa iii.*
16) B: *dilatoriam uel perhemtoriam seu.*

Si autem nominet uel proponat aliquam efficacem, tunc datur ei peremptorius terminus ad omnes dilatorias et declinatorias proponendas.

Exhibitis excepcionibus rei, datur terminus ad replicandum. et ex euidenti causa, si negocium arduum est, exhibitis replicacionibus actoris ad reum, [1]) iterum datur alius actori ad replicandum.

Sic [2]) conmuniter datis [3]) excepcionibus et replicacionibus, iudex dat eis terminum ad audiendum interloqui super ipsis.

Lata interlocutoria [4]) pro actore, reus litem contestari conpellitur, et iurare de calumpnia.

Quo facto iudex statim vtrique parti dat terminum ad ponendum.[5]) et si negocium magnum est, iterum post illum dat alium terminum peremptorium ad proponendum.

Posicionibus hinc inde factis, [6]) secundum modum curie romane datur [7]) hinc inde copia, ut partes deliberare possint super responsionibus faciendis. Bononie vero et in pluribus aliis locis vbi fui [8]) non datur parti copia posicionum ab aduersa parte datarum, set tantum [9]) aduocato partis per iudicem ostenditur, ut videat si est ibi aliqua contraria inplicita, [10]) uel inpertinens cui non debeat responderi.

Et prefigitur terminus ad respondendum ad posiciones. [11])

Responsionibus subsecutis, prefigitur terminus ad dandum articulos, sicut de posicionibus dixi. videlicet [12]) si negocium non est magnum, vnus terminus tantum. [13]) si negocium magnum est, datur primus pro prima dilacione, secundus postea pro omnibus et [14]) peremptorius.

Approbatis articulis, si testes ibi recipi debeant, uel si articuli [15]) debeant per instrumenta probari, statim prefigitur terminus ad probandum.

---

1) Von *si* angefangen bis hieher haben wir aus B aufgenommen, worüber note 3 zu vergleichen.

2) A: *si.*

3) B hat hier: *perhemtorius terminus ad respondendum. et si negocium arduum est, exhibitis replicacionibus actoris ad reum, datur alius terminus actori ad replicandum scilicet conmuniter dandis.*

4) B: *audiendum interloqutoriam super hiis latam.*

5) B: *proponendum.*

6) B: *ad respondendum hinc inde datis.*

7) B: *data.*

8) B: *aliis fit.*

9) B: *si tamen.*

10) B: *et inplicita.*

11) B: *respondendum posicionibus.*

12) B: *inde.*

13) Der satz von *si* an ist in B ausgefallen.

14) B: *post ea quod omnibus.*

15) In B ist *uel si articuli* ausgefallen.

Si vero testes remoti sunt, petitur ut conmittatur aliquibus [1]) quod testes ipsos recipiant et examinent. [2]) et tunc, [3]) si partes sint de diuersis dyocesibus uel locis distantibus, fit [4]) conuencio de loco, si ambe partes probare volunt, et conueniunt etiam inter se — si possunt — de aliquo uel aliquibus qui conmuniter testes ipsos recipiant. si autem concordare non possunt, quelibet pars eligit sibi vnum, [5]) et iudex dat eis tercium, [6]) et assignat eis peremptorium terminum [7]) ad probandum coram electis iudicibus id quod probare volunt.

Post hec fiunt conmissionis littere, inter quas articuli et interrogatoria [8]) concluduntur. quarum litterarum forma infra in suo tytulo [9]) erit scripta. [10])

Et datur terminus [11]) partibus ad dandum interrogatoria, si qua dare volunt. [10])

Post terminum [12]) citantur partes uel saltim reus ad videndum [13]) quando articuli et interrogatoria [14]) sic exhibita dictis conmissariis [15]) litteris includuntur.

Remissis attestacionibus, et sigillis quibus vallate sunt recognitis [16]) uel probatis a partibus, in termino ad ipsas attestaciones aperiendas et publicandas specialiter assignato aperiuntur et publicantur ipse attestaciones.

Et datur terminus ad recipiendum ipsorum copiam et [17]) dicendum contra personas et dicta ipsorum testium quidquid [18]) volunt.

Et si contra testes uel eorum testificata [19]) quicquam non dicitur, sequitur in causa conclusio, cum dicti examinatores [20]) testium de mandato specialiter [21]) a iudice sibi facto — prout moris est, quando attestaciones remittunt — ipsis partibus ad conparendum coram dicto iudice [22]) cum omnibus actis et munimentis [23]) suis qualitercumque causam ipsam tangentibus [24]) peremptorium terminum assignassent. [25])

---

1) B: *alicui.*
2) B: *recipiat et examinet.*
3) B: *et ex tunc.*
4) A: *si.*
5) B: *eligit suum.*
6) A: *terminum.*
7) B: *dat eis et assignat terminum perhemtorium.*
8) A: *interlocutoria.*
9) In IV. 5. F. e. s. 668.
10) Dieser absatz ist in B ausgefallen.
11) A: *et dato termino.*
12) B: *post ipsum terminum.*
13) B: *iurandum.*
14) B: *interloqutoria.*
15) B: *dicti conmissione et.*
16) B: *singulis quibus vallati sunt et cognitis.*
17) B: *ad.*
18) B: *ipsarum quicquid.*
19) B: *et ipsorum atestaciones.*
20) B: *exequtores.*
21) B: *speciali.*
22) B hat blos: *quando iudex.*
23) B: *instrumentis.*
24) B: *cognoscentibus.*
25) B: *assignent.*

Verum si petatur a partibus nichilominus ad producendum [1]) omnia instrumenta acta et munimenta peremptorius terminus, assignatur. [2])

Post quem terminum sequitur inmediate conclusio, et postmodum terminus ad sentenciam audiendam.

De quibus omnibus, videlicet qualiter vnum quodque dictorum actorum scribi debeat, singulariter per ordinem annotabo.

A. Conparicio procuratorum,[3]) et rei et actoris exhibicio mandatorum.

Conparentibus in iudicio coram domino archyepiscopo suprascripto Ia de tali loco procuratore P actoris predicti et Paulo de Spoleto procuratore dicti R rei,[4]) vterque[5]) ipsorum ad docendum[6]) de ipsius mandato suum procuratorium exhibuit infra scriptum.

Quibus sic exhibitis, idem dominus archyepiscopus vtrique ipsorum procuratorum [7]) ad dicendum et dandum in scriptis quidquid dicere uel dare volunt hinc inde tam contra personam procuratoris quam contra formam mandati exhibiti ad [8]) diem lune proximam peremptorium terminum assignauit.

Et interim hinc inde mandatorum recipiant copiam, si eis videbitur expedire.

Tenores autem procuratoriorum sibi exhibitorum tales sunt. *ponantur per ordinem ambo procuratoria, primo procuratorium actoris, deinde procuratorium rei, cum* [9]) *descripcione sigillorum, si sigillata sunt procuratoria. si vero manu publica sint confecta, notarii subscripcio subscribatur.* [10])

B.

Quoniam oportet procuratores reorum et alios qui alterius[11]) nomine agere uel defendere cupiunt ante litis inicium satisdare, idcirco subsequenter titulum de satisdacionibus hic apponam.

---

1) B: *probandum.*
2) A: *peremptoriis terminis assignantur.*
3) B: *copia procuratorium.*
4) B: *Iacobo de . . procuratore R de . . rei et B de . . actore.*
5) A und B: *vtrique.*
6) B: *audienciam.*
7) B: *procuratori et actori.*
8) B: *hinc inde et.*
9) B hat hier blos: *tenores autem procuratorium deinde procuratorium cum.*
10) B: *notario infra scripto conscribatur.*
11) B: *alii.*

a. De satisdacionibus.

Cum aliquis alicuius [1]) procuratorem se asserit, licet mandatum non habeat set presumatur habere, nichilominus ad agendum et defendendum admittatur.

Si autem mandatum probet[2]) legittime, aut sufficienter voluerit satisdare, filius etiam pro patre et e conuerso, maritus pro vxore, et quilibet qui reputetur coniuncta persona, sine mandato ad agendum admittitur, ydonee satisdando.

Procurator quoque rei, licet releuatus [3]) non sit, ac etiam quilibet extraneus ad deffendendum admittitur, fideiussiones ydoneas [4]) exponendo.

In quibus omnibus oportet notarium esse cautum, ut sciat qualiter in dictis casibus sint fideiussiones huiusmodi conscribende. [5])

Procurator de cuius mandato dubitatur, et breuiter quicumque sine mandato alterius nomine agere uel [6]) defendere uult, satisdare debet et rem ratam dominum habiturum et de iudicato [7]) soluendo, ut possit — si actor est — et in principali negocio agere et in causa reconuencionis defendere si fuerit oportunum. alioquin sibi actio denegatur.

b. Satisdacio procuratoris rei non releuati ab onere satisdandi. [8])

Paulus de Spoleto, procurator R de tali loco, constitutus in iudicio coram tali iudice, promisit sollempniter [9]) P de tali loco sollempniter stipulanti in causa — *seu* causis — quam — *uel* quas — idem P mouet seu mouere intendit eidem [10]) R super tali re, *uel* super libello infrascripto, iudicio sisti et iudicatum solui in omnibus suis clausulis sub obligacione omnium suorum bonorum.

Pro quibus omnibus et singulis obseruandis idem [11]) pro dicto suo procuratore extitit fideiussor sub ypotheca rerum suarum.

c. Satisdacio procuratoris cum de ipsius mandato dubitatur.

Iacobus vitterbiensis, procurator Petri Alfonsi ut asserit, quia mandatum ad presens non potest ostendere, con-

1) B: *alicui.*
2) B: *probat*, wozu von alter hand *non* beigesetzt ist.
3) A: *reuelatus.*
4) B: *fideiussores ydoneos.*
5) B: *fideiussores huiusmodi rescribendi.*
6) B: *et.*
7) B: *mandato.*
8) B hat blos: *satisdacio procuratoris.*
9) In B fehlt *sollempniter* hier.
10) B: *contra dictum.*
11) B: *idem R.*

stitutus coram dicto[1]) iudice, et ab eo coactus uel probare mandatum[2]) uel satisdare de rato, promisit R de tali loco, *uel*[3]) promisit[4]) mihi notario infrascripto stipulanti nomine et vice R de tali loco et aliorum omnium quorum interest uel interererit, rem ratam dictum eius[5]) dominum habiturum.

*Uel sic:*[6]) quod dictus eius dominus ratum habebit perpetuo et tenebit[7]) quidquid per ipsum procuratorem et cum eo factum fuerit[8]) in causa — *seu* causis — quam — *uel* quas — ipse procurator nomine dicti domini sui mouet seu mouere intendit coram iudice[9]) — *uel* coram quocumque alio — coram quo dicta questio verteretur[10]) super tali re, *uel* super infrascripto libello.

Et si contingeret ipsum dominum suum[11]) reconueniri, promisit etiam sollempniter,[12]) ut dictum est, iudicatum solui in[13]) omnibus suis clausulis, sub obligacione omnium suorum bonorum.

Pro quibus omnibus et singulis obseruandis[14]) dominus C sollempniter[15]) extitit fideiussor[16]) sub ypotheca omnium suorum bonorum.[17])

### d. Satisdacio prestanda a filio quando agere uult[18]) pro patre.

Philippus, filius P de tali loco,[19]) volens agere nomine dicti patris sui absentis contra R Iohannis super denunciacione noui operis eidem facta per ipsum P[20]) nomine dicti patris sui, *uel* super hiis que in infrascripto libello continentur, promisit sollempniter dicto R, *uel* mihi notario infrascripto stipulanti vice et nomine R de tali loco et aliorum omnium quorum interest uel interererit, quod dictus

---

1) B: *tali.*
2) B: *probatus mandatum ostendere.*
3) Von *promisit* an bis hieher ist in B ausgefallen.
4) B: *promisit sollempniter.*
5) In B fehlt *dictum eius.*
6) Die feinere hand setzt hiezu in B in den leeren raum zwischen den spalten bei: *promisit se facturum et curat.*
7) In B fehlt *et tenebit.*
8) B fügt bei: *seu procuratum.*
9) B: *dicto iudice.*
10) B: *moueretur.*
11) In B fehlt *suum.*
12) In B ist hiezu von der feineren und gröberen hand beigemerkt: *dictum suum dominum defendere.*
13) B: *cum.*
14) B: *firmiter obseruandis.*
15) In B fehlt *sollempniter.*
16) In B bemerkt hiezu die feinere wie gröbere hand: *dedit fideiussorem dominum G. qui se et sua obligauit sub omni renunciacione iuris puriter et cautela.*
17) B: *ypotheca rerum suarum.*
18) B: *filio cum agitur.*
19) B: *Amisius filius talis.*
20) B: *ipsum filium.*

eius pater ratum habebit et firmum quidquid ipse filius in dicta causa — *uel* causis — duxerit faciendum.

Et si contigerit dictum eius patrem reconueniri, promisit etiam, ut dictum est,[1]) iudicatum solui in omnibus suis clausulis, sub obligacione omnium suorum bonorum.

Pro quibus omnibus et singulis obseruandis etc. *ut supra in proximo.*

e.

Simili modo scribitur quando pater agere[2]) uult pro filio, maritus pro vxore, uel aliqua coniuncta persona pro illo[3]) cui actio conpetit.

Non restat[4]) nisi ut factum declaretur.[5]) quod fieri potest sub ista forma.

Petrus, pater Philippi,[6]) volens agere nomine dicti filii sui actione[7]) iniuriarum contra R de tali loco, *uel* super hiis que in infrascripto libello continentur, promisit ipsi R, *uel* mihi notario infrascripto stipulanti nomine et vice dicti R et aliorum omnium quorum interest uel interereit, quod dictus eius filius ratum habebit etc. *ut supra.*

Et sic scribi debet, quando maritus uult agere pro vxore, uel aliqua coniuncta persona, nominando personam que uult agere et illum pro quo agitur[8]) et super quo negocio. et[9]) in omnibus aliis tenete formam et modum superius annotatum.

f.

Restat ergo ut de defensoribus subsequatur.

Fideiussio extranei defensoris.

Rogerius[10]) de tali loco, constitutus in presencia domini archyepiscopi supradicti, obtulit se defensorem[11]) R de tali loco in causa — *uel* causis — quam — *uel* quas — P de tali loco predicto[12]) R mouet seu mouere intendit super tali re, suscipiens[13]) omne iudicium quod ex dicta causa veniet,[14]) et promittens mihi notario infrascripto stipulanti nomine et vice domini[15]) P et aliorum omnium quorum

1) B: *est sollempniter.*
2) In B fehlt *agere.*
3) In B fehlt *pro illo.*
4) A: *refert.*
5) B: *declaret.*
6) B: *pater talis.*
7) B: *racione.*
8) In B fehlt *agitur.*
9) B: *etiam.*
10) B: *Roggerius.*
11) A: *defensori.* B: *defentori? defentioni?*
12) B: *contra dictum.*
13) B fügt noch bei: *in se.*
14) B: *iudicium eueniens.*
15) B: *dicti.*

interest uel intererit, et rem ratam dominum [1]) habiturum et iudicatum solui in omnibus suis clausulis, sub obligacione omnium suorum bonorum.

Pro quibus omnibus et singulis obseruandis etc. *ut supra.*

C.

Legittimatis personis expedit ut ad alios actus in causa necessarios procedatur.

a. Exhibicio libelli, et assignacio termini ad deliberandum. [2])

Coram reuerendo patre domino archyepiscopo supradicto [3]) conparuerunt in iudicio P et R predicti.

Et exhibuit idem P domino archyepiscopo supradicto [4]) libellum inferius annotatum. [5])

Quo quidem libello ipsi reo tradito, et per ipsum obtento, [6]) idem dominus archyepiscopus ipsi R ad deliberandum super ipso libello, [7]) videlicet vtrum contendere velit [8]) uel cedere, ad primam diem iuridicam post festum omnium sanctorum proximo venturum peremptorium terminum assignauit.

Tenor vero dicti libelli supra [9]) exhibiti talis est: *coram vobis reuerendo patre domino I dei gracia* [10]) etc. *ponatur tenor libelli.*

b.

Quidam tamen dicunt, et bene, libellum esse non registrandum, [11]) quousque sit facta litis contestacio super ipso, pro eo quia ante litis contestacionem sepe minuitur et [12]) additur in libello, quod postea esse non potest.

Set quia plerumque quam plures anni transeunt, antequam litis contestacio subsequatur, tucius esse credo quod in continenti cum datus est libellus siue peticio registretur. [13])

---

1) In B fehlt *dominum.*
2) B hat hier schon das folgende rubrum: *terminus ad dilatorias et declinatorias proponendas.*
3) B: *domino tali.*
4) B: *P et R. et dictus P exhibuit dicto archiepiscopo.*
5) B: *innotatum.*
6) B: *utendum.*
7) B: *ad liberandum super libello.*
8) B: *uoluerit idem reus.*
9) B: *sibi.*
10) B: *uobis domine iudex.*
11) B: *dicunt libellum non esse restringendum.*
12) B: *uel.*
13) Dieser schlusssatz fehlt in B.

D.

a. Terminus ad dilatorias et declinatorias proponendas.[1])

Constitutis in iudicio coram domino archyepiscopo suprascripto[2]) P et R predictis, et petito per ipsum dominum archyepiscopum[3]) a dicto R vtrum cedere uel contendere velit, quia respondit se velle contendere, et excepciones aliquas efficaces habere, videlicet talem et alias suo loco et tempore proponendas, ad[4]) dandas in scriptis omnes excepciones[5]) dilatorias et declinatorias quas[6]) in hac causa proponere uel dare intendit ad diem mercurii proximum,[7]) si curia fuerit, alioquin ad primam[8]) diem curie sequentem, peremptorium terminum assignauit.

b. De excepcione exconmunicacionis.[9])

α.

Notandum est qualiter super excepcione exconmunicacionis notarius debeat se habere.

Que quidem excepcio, licet proponi[10]) possit in qualibet parte litis, quia sepius ante litem contestatam proponitur, ideo nunc de ipsa merito est tractandum.

Et est sciendum quod exconmunicacionis excepcio interdum proponitur contra iudicem, et[11]) aliquando contra partem.

Quando proponitur contra iudicem, tunc statim reus[12]) excepcione proposita suum eligit arbitrum,[13]) et iudex suum debet eligere, quod totum notarius in actis debet scribere[14]) diligenter. et postquam ita electi sunt, eis debent destinari littere[15]) secundum formam supra in tractatu de arbitris[16]) annotatam, saluo quod hic est certus terminus a iure statutus[17]) infra quem exconmunicacionis excepcio est probanda,[18]) ibi vero terminus est a iudice statuendus.

1) B hat hier wieder schon das folgende rubrum: *de excepcione exconmunicacionis.*
2) B: *coram tali iudice.*
3) In B fehlt *per ipsum dominum archyepiscopum.*
4) A hat hier *et.*
5) A: *excessus.*
6) B: *uelit, respondit quod sic, et quia dictus iudex uidit ipsum reum uelle contendere, eo maxime quia excepciones aliquas efficasses hinc inde opponebant, et uidens hoc ipse iudex ipsi R ad probandum et dandum in scriptis omnes excepciones.*
7) B: *proxima.*
8) B: *proximam.*
9) B hat hier wieder schon das nächste rubrum: *sentencia arbitrorum.*
10) B: *opponi.*
11) Von hier an bis *iudicem* einschliesslich ist in B ausgefallen.
12) In B fehlt *reus.*
13) B: *eligat arbitrium proponens.*
14) B: *conscribere.*
15) B: *destinare litem.*
16) Nämlich in IV.4.b. s.646—647.
17) B: *statuendus.*
18) B: *sit probata.*

Si autem plures sunt iudices delegati,[1]) et contra vnum solummodo talis excepcio proponatur, alius uel alii sui coniudices de dicta excepcione cognoscunt.

Qua probata contra iudicem, ipse iudex a iudicando excluditur.

Si vero probata fuerit contra partem, uel etiam qualitercumque liqueat[2]) iudici, actorem exconmunicatum esse, quamuis reus hoc taceat, actor repellitur ab agendo per sentenciam iudicis, prout infra per ordinem annotabo.

*β.* Sentencia arbitrorum.

In nomine domini amen.

Dudum inter P actorem ex parte vna et R de tali loco ex altera super tali ecclesia coram sapienti viro domino N, domini pape iudice delegato, [3]) orta materia questionis, idem R coram eodem iudice excepcionem recusacionis uel exconmunicacionis proposuit infrascriptam.[4]) *quia periculosum est et tristes solet sortiri effectus coram suspecto iudice litigare, idcirco ego R* etc. *et ponatur tenor tocius excepcionis, siue recusacionis fuerit siue exconmunicacionis. demum sic scribat notarius:*

Ad cuius suspicionis causam cognoscendam et terminandam ipse partes nos M et F arbitros[5]) vnanimiter elegerunt.[6]) *uel sic*: super qua exconmunicacionis excepcione cognoscenda et terminanda ipse partes nos M F arbitros conmuniter elegerunt.[7])

Nos igitur, visis interrogacionibus responsionibus probacionibus et aliis omnibus ad ipsam excepcionem[8]) inductis, auditisque[9]) diligenter iuribus et allegacionibus omnibus que et quas ipse partes ad hoc allegare seu inducere voluerunt, et super omnibus hiis habito quam plurium[10]) consilio peritorum et[11]) per nos ipsos, deliberacione sollempni, dei nomine inuocato, pronunciamus et pronunciando[12]) sentencialiter dicimus, excepcionem recusacionis huius sufficienter esse probatam.

Lata[13]) et pronunciata fuit dicta sentencia per arbitros suprascriptos pro tribunali sedentes, in tali loco, presentibus

1) In B fehlt *delegati*.
2) B: *liquerit*.
3) B: *R iudice a domino N papa iiii deleguato*.
4) B: *in scriptis*.
5) B: *in arbitros*.
6) B setzt noch bei: *ad exconmunicacionis excepcionem cognoscendam et terminandam*.
7) Dieser satz fehlt in B.
8) B setzt noch bei: *probandam*.
9) A: *auditis quod*.
10) B: *plurimum*.
11) In A fehlt *et*.
12) In B fehlt *et pronunciando*.
13) A: *lecta*.

partibus in termino sibi dato ad hanc sentenciam [1]) audiendam, necnon [2]) talibus et talibus testibus ad hoc vocatis etc. anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxiiii. indictione nona. [3]) die tali.

### γ. Sentencia arbitrorum super excepcione proposita contra iudicem qui [4]) ex officio suo procedit.

Cum nuper venerabilis pater episcopus cystrensis [5]) contra R de tali loco super eo quod ipsum R in visitacione quam in terra [6]) ipsius R prefatus dominus episcopus [7]) fecerat super incontinencie vicio diffamatum inuenerat, ut dicebat, ex officio suo procederet, idem R contra iam dictum episcopum [8]) excepcionem [9]) proposuit infrascriptam: *coram vobis venerabili patre domino . . dei gracia episcopo cystrensi* [10]) *dico et excipiendo propono ego R, quod super eo quod me diffamatum dicitis*, uel *alio quoquo modo, contra me procedere non potestis, cum sitis maioris exconmunicacionis sentencia innodatus, lata in vos ob contumaciam* [11]) *per venerabilem virum dominum . . domini pape iudicem delegatum in causa que inter vos ex vna parte et talem ex altera corum ipso* [12]) *auctoritate apostolica vertebatur. et sic ponatur totus tenor excepcionis. deinde dicatur sic:*

Super qua quidem excepcione cognoscenda et terminanda prefati dominus episcopus et Ro nos [13]) M et F arbitros conmuniter assumpserunt.

Nos igitur, [14]) visis probacionibus etc. *ut supra proximo per totum super excepcione recusacionis contra ordinarium proposita.* [15])

### δ.

Raro talis promulgatur sentencia, quia consueuerunt ordinarii pocius principale negocium [16]) de parcium voluntate conmittere quam arbitrorum sentenciam expectare.

Cum enim [17]) coniudices illius qui recusatus est uel

1) B: *interloqutoriam.*
2) B: *necessario talibus testibus aduocatis.*
3) B: *natiuitate etc.*
4) B: *super quam.*
5) B: *pater talis etc.*
6) B: *causa.*
7) In B fehlt *episcopus.*
8) B: *dominum.*
9) B fügt noch bei: *recusacionis exconmunicacionis.*
10) B: *coram nobis dicto domino.*
11) In B ist hiezu von der feineren wie gröberen hand *vestram* beigefügt.
12) B: *ipso delegato.*
13) B: *dominus et R.*
14) B fügt noch bei: *dicti arbitri.*
15) Nämlich in IV. 4.
16) B: *consueuerant ordinari. pocius principale propositum.*
17) B: *igitur.*

qui exconmunicatus dicitur ferunt et sentenciam super huiusmodi, tunc [1]) notarius ita scribat.

Sentencia iudicum contra suum coniudicem recusatum uel exconmunicatum. [2])

Cum[3]) inter P actorem ex vna parte et R reum super tali re ex altera coram nobis M et F, [4]) domini pape iudicibus delegatis, orta sit materia questionis, idem R contra iam dictum F coniudicem nostrum excepcionem exconmunicacionis proposuit infrascriptam: *coram vobis venerabilibus viris dominis C F et M, domini pape ut dicitur iudicibus delegatis, excipiendo ego dico R, vos*[5]) *domine F, qui iudicem delegatum vna cum predictis vos dicitis, et vos domini M et C cum eo non posse procedere in causa quam P mouet contra me*[6]) *seu mouere intendit vigore quarundam litterarum apostolicarum* [7]) *que per dictum P ad vos impetrate dicuntur, pro eo quod ipse dominus F tempore quo fuerunt dicte littere impetrate erat et nunc est maioris exconmunicacionis sentencia innodatus pro violenta manuum iniectione per ipsum facta in talem clericum. quod me offero legittime probaturum.*

Nos [8]) M et C, ipsius F coniudices supradicti, [9]) visis et diligenter [10]) inspectis probacionibus etc. *ut supra per totum.*

c. Sentencia quando exconmunicatus ex officio iudicis repellitur ab agendo.

In nomine domini amen.

Quia constat apertissime nobis fratri I permissione diuina cantuariensi archyepiscopo tocius Anglie primati, R de tali loco [11]) exconmunicatum esse ob contumaciam [12]) exconmunicacione maiori per venerabilem fratrem nostrum dominum .. episcopum cystrensem dyocesis ipsius, prout [13]) in ipsius domini episcopi litteris eiusdem sigillo munitis vidimus contineri, idcirco eundem R in causa quam coram nobis mouet seu mouere intendit P [14]) de tali loco super ecclesia de .. ex officio nostro repellimus ab agendo, sentenciando pronuncians, et pronunciando diffiniens, [15]) ipsum R

1) B: *exconmunicatus defertur, super huiusmodi excepcione sentencia.*
2) B: *suum iudicem eo quia est exconmunicatus.*
3) A: *olim.*
4) B: *M et B et D.*
5) B: *cum uos.*
6) In B fehlt *contra me.*
7) In B fehlt *apostolicarum.*
8) B: *nos igitur.*
9) B: *supra scripti.*
10) In B fehlt *diligenter.*
11) B: *diuina etc. R.*
12) B fügt *suam* bei.
13) B: *cistriciensem dyocesis.*
14) B: *contra P.*
15) B: *pronunciamus et pronunciando diffinimus.*

non esse audiendum in causa premissa, quousque a dicta exconmunicacionis sentencia fuerit absolutus.

Lata et pronunciata fuit dicta sentencia per dominum episcopum supradictum pro tribunali sedentem etc. *ut supra.*

d.

Viso de excepcione recusacionis et exconmunicacionis, et sentenciis super ipsis ferendis, nunc videndum est qualiter exhibeantur excepciones alie in iudicio, et qualiter sit scribenda iudicis pronunciacio super ipsis.

*α.*

Si excepciones contra libellum proposite non sunt efficaces, set proposite sunt tantum ut negocium dilatetur, [1]) tunc non est necesse quod notarius format cum sollempnitate sentenciam, set tantummodo [2]) ita scribat in actis post excepciones propositas: *die tali prefatus dominus archyepiscopus, constitutis in iudicio coram ipso P et M predictis, pronunciauit, procedendum esse in causa premissa.* uel: *pronunciauit interloquendo, dictum R respondere debere libello premisso, non obstantibus excepcionibus premissis.* uel: *pronunciauit,* [3]) *litis contestacionem fieri debere super premisso libello, non obstantibus excepcionibus suprascriptis.* [4])

*Lata et pronunciata fuit dicta interlocutoria* etc.

*β.* Exhibicio excepcionum.

Robertus, [5]) filius cuiusdam talis, conparuit in termino sibi dato coram domino archyepiscopo suprascripto, et exhibuit excepciones inferius annotatas.

Quarum tenor talis est: *coram vobis reuerendo patre domino I etc. et ponantur omnes excepciones per ordinem.*

*γ.*

Et sic scribatur [6]) et fiat de replicacionibus duplicacionibus [7]) triplicacionibus et quadruplicacionibus.

Si posite tales fuerunt [8]) quod dubium sit an processum cause uel litis contestacionem debeant inpedire, siue pronunciet iudex [9]) procedendum esse siue non, [10]) notarius

1) B: *delatetur.*
2) A: *terminus.*
3) B: *obstantibus supradictis. uel.*
4) Von *super* an bis hieher fehlt in B.
5) B: *Robbertus.*
6) B: *ordinem sic scribantur.*
7) In B fehlt *duplicacionibus.*
8) B: *si excepciones proposite tale sunt.*
9) B: *sine pronunciacione iudicis.*
10) B: *non esse.*

debet sollempniter formare sentenciam, ita quod — si altera pars vellet appellare — inueniatur sentencia pronunciata et formata [1]) sollempniter, ut postulat ordo iuris.

### δ. Si super excepcionibus interlocutoria sit ferenda.[2])

Cum in causa quam P de tali loco mouet seu mouere intendit R[3]) super tali re coram nobis fratre I permissione diuina [4]) etc. pro parte dicti R fuisset excipiendo propositum, dictum P non esse in sua peticione audiendum[5]) tali racione et tali — *ponantur*[6]) *summatim omnes cause assignate in excepcionibus. postmodum dicatur* — prout hec omnia in ipsis excepcionibus in actis curie vestre [7]) scriptis plenius continentur, nos visis et diligenter examinatis excepcionibus illis, et replicacionibus [8]) hinc inde datis, iuribus etiam et allegacionibus omnibus que et quas ipse partes hinc inde super hoc allegare et inducere voluerunt, et super hiis omnibus habito quam plurium consilio peritorum [9]) et per nos ipsos deliberacione sollempni, dei nomine inuocato, interloquendo pronunciamus et pronunciando sentencialiter diffinimus, ipsum P admittendum esse in peticione[10]) sua predicta, et procedendum fore super ipsa peticione, non obstantibus hiis que per partem alteram in contrarium sunt probata uel [11]) obiecta.

### ε. Super eodem coram iudice delegato.

In nomine domini amen.

Cum in causa nobis magistro C archydiacono lewenensi a sede apostolica delegata que inter P actorem ex vna parte et R reum ex altera super quadam summa peccunie[12]) vertitur seu verti speratur pro parte dicti R coram nobis[13]) fuerit excipiendo propositum, nos non posse nec procedere debere in dicta causa pretextu litterarum a sede apostolica directarum, [14]) presertim cum ipse littere tacita veritate et expressa falsitate fuerant [15]) inpetrate, prout hec et alia

---

1) A: *forma.*
2) A: *sint referenda.* B: *qualiter super excepcionibus sentencia sit ferenda.*
3) B: *contra R.*
4) B: *nobis archiepiscopo.*
5) B: *admittendum.*
6) B: *racione. et ponantur.*
7) B: *nostre.*
8) B fügt noch *omnibus* bei.
9) B: *uoluerunt. et eciam allegacionibus omnibus quas ipse partes hinc inde.*
10) B: *in causa seu peticione.*
11) B: *et.*
12) B: *cum in causa que inter talem ex una parte et talem ex altera coram tali iudice delegato a sede apostolica.*
13) B: *coram dicto iudice.*
14) B: *delegatarum.*
15) B: *fuerint.*

per ipsum R proposita et excepta in excepcionibus ipsius R in actis infrascripti [1]) notarii nostri descriptis [2]) plenarie continentur,

*uel sic:* pro parte dicti R coram nobis [3]) fuerint quedam excepciones proposite, que tales sunt: *coram vobis* etc. *et ponantur omnes excepciones per ordinem. deinde dicatur:*

nos visis diligenter et examinacionibus [4]) prenotatis, et interrogacionibus eidem P per nos ex officio nostro factis, et responsibus subsecutis ad eas, necnon auditis consideratis et intellectis attencius iuribus et racionibus [5]) et allegacionibus omnibus quas ipse partes dare in scriptis uel ore tenus facere [6]) voluerunt, et super hiis omnibus habito plurium [7]) consilio [8]) peritorum et per nos ipsos deliberacione sollempni, dei nomine inuocato, auctoritate domini pape qua fungimur in hac parte interloquendo pronunciamus, procedendum esse ac procedi debere in causa premissa, non obstantibus hiis que pro parte dicti R proposita sunt in contrarium uel obiecta. *uel sic:* non obstantibus excepcionibus suprascriptis.

E.

Pronunciato super excepcionibus, ad litis contestacionem procedatur. [9])

Deinde ad iuramentum calumpnie, si petatur, uel de veritate dicenda. cum autem causa mere ciuilis, [10]) tunc iuratur de calumpnia tantum. si vero spiritualis fuerat, uel spiritualibus [11]) annexa, tunc iuratur de veritate dicenda.

Set quia expense [12]) et interesse [13]) veniunt in lite, que ciuilia sunt, ideo [14]) in spiritualibus causis et spiritualibus annexis iuratur in romana curia de calumpnia et de veritate dicenda.

Vnde videndum qualiter in casu quolibet sit scribendum.

---

1) B: *infra scriptis.*
2) B: *scriptis.*
3) B: *coram dicto iudice.*
4) B: *diligenter excepcionibus.*
5) B: *omnibus racionibus.*
6) B: *dicere.*
7) B: *quam plurimum* mit einem über das *m* gesetzten *o* wohl für *plurimorum.*
8) A: *consilium.*
9) B: *proceditur.*
10) B: *causa mota ciuilis est.*
11) B: *spirituali.*
12) A: *expresse.*
13) B: *set expense inter esse.*
14) B: *etiam in.*

a. Contestacio[1]) litis et iuramentum calumpnie.

Conparentibus in iudicio coram domino archyepiscopo suprascripto C [2]) procuratore Petri actoris ex vna parte et A procuratore dicti R rei ex altera, procuratorio [3]) nomine dictorum dominorum, et lecto ibidem infra [4]) scripto libello per seriem, dictus C procurator actoris, querente dicto domino archyepiscopo, [5]) dixit se credere iuste posse petere omnia que petebat [6]) in libello predicto. dictus vero A procurator rei, [7]) animo contestandi litem negans narrata [8]) prout in ipso libello narrantur, dixit petita fieri non debere. [9])

Et sic facta est litis contestacio [10]) legittime inter eos, et vterque sollempniter prestitit calumpnie iuramentum.

b. Alius modus super eodem.

Constitutis in iudicio coram domino archyepiscopo suprascripto [11]) P actore et R reo predictis, et lecto ibidem seriatim libello predicto, [12]) per narracionem actoris et responsionem rei animo contestandi litem facta est litis contestacio legittime inter eos super ipso libello, et vterque sollempniter prestitit calumpnie iuramentum et de veritate dicenda.

c.

Si vero presbyter [13]) est qui iurat, non debet tangere librum, set tantum manum apponere super librum. [14])

In causis matrimonialibus, ubi [15]) iuratur de veritate [16]) tantum, prestitam [17]) formam in omnibus notarius seruare tenetur, [18]) remoto illo verbo *calumpnie*.

d.

Et quia interdum notarius narrat iuramentum calumpnie

---

1) A: *constitucio.*
2) B: *coram tali iudice Conrado.*
3) B: *procuratoris.*
4) A: *in.*
5) B: *dicto iudice.*
6) B: *petit.*
7) In B ist hiezu von der feineren hand beigemerkt: *nomine procuratorio dicti rei.*
8) B: *negans uera esse.*
9) In B bemerkt hier die feinere wie die gröbere hand: *Uel sic:* litem contestando negauit narrata ut narrantur, dicens petita fieri non debere.
10) B fügt noch *cause* bei.
11) B: *coram tali iudice.*
12) B: *lecto libello actoris et seriem ipsius.*
13) B: *episcopus.*
14) B: *manum extendere super ipsum.*
15) A: *nisi.*
16) B: *ueritate dicenda.*
17) B: *per scripturam.*
18) B: *notarius teneat.*

et de veritate dicenda, conueniens est ipsum modum narracionis conscribi, ut sciat notarius que debeat in ipso iuramento conprehendere.

### Qualiter narrari debeat callumpnie iuramentum.

Dicat tunc [1]) notarius actori. *tu iurabis quia ea que petis non petis animo [2]) calumpnie, set quia credis ea iuste posse petere, falsa instrumenta uel testes falsos [3]) non produces, dilacionem non petes in fraudem ut negocium protrahatur, veritatem non negabis in qualibet parte litis cum per iudicem fueris requisitus, aliquid non dedisti uel promisisti [4]) nec dabis uel promittes ut pro te debeat iudicari nisi illis personis quibus dari [5]) iura permittunt. ita deus te adiuet, et hec sancta dei ewangelia.*

Et faciat [6]) ipsum manum apponere super librum, et in propria persona dicere verba predicta.

Deinde dicat reo. *sicut ille fecit in agendo, ita et tu facies in deffendendo. [7]) sic deus te adiuet, et hec sancta dei ewangelia.*

Ad hec habentur peroptimi [8]) versus qui tales sunt:

illud iuretur, quod lis sibi iusta videtur;
et cum queretur verum non inficietur;
ut lis tardetur, dilacio nulla petetur;
nil promittetur, ut [9]) falsa probacio detur. [10])

### e. Narracio de veritate dicenda.

Iuramentum de veritate dicenda narratur sic.

Dicat notarius actori in hunc modum. *tu iurabis ad sancta dei ewangelia, dicere et respondere puram veritatem quam scis uel sciueris per te uel alium, quocienscumque [11]) in hac lite per iudicem fueris requisitus. sic deus te adiuet et hec sancta dei ewangelia.*

Et faciat notarius quod tam actor quam reus tangendo librum in propria persona proferat dicta verba.

Si vero procurator fuerit qui iurabit, tunc ita dicatur. *tu iurabis ad sancta dei ewangelia, dicere et respondere veritatem quam scis uel sciueris per te uel per alium seu alios [12]) in cuius*

---

1) B: *dixit.*
2) In B fehlt *animo.*
3) In B fehlt *falsos.*
4) In B fehlt *uel promisisti.*
5) B: *dare.*
6) B: *facias.*
7) In B bemerkt hiezu die feinere wie die gröbere hand: *quod tu credis te habere iustam defensionem, et te potes iuste defendere, et quod falsa instrumenta etc. ut supra.*
8) B: *oppiniones.*
9) B: *nec.*
10) In B sind der dritte und vierte vers umgestellt.
11) B: *uel per alium quocunque et quandocunque.*
12) A: *illos.*

*aut quorum animam iuras, quocienscumque et quandocumque in hac causa fueris requisitus* etc. ut supra.

Cum autem omittitur [1]) iuramentum calumpnie, tunc notarius ita scribat. ponat primo [2]) litis contestacionem, ut superius est notatum. [3]) deinde dicat: *et quia iuramentum calumpnie de* [4]) *aliqua dictarum parcium petitum* [5]) *non extitit ab utroque dictorum litigancium, tacite est obmissum.* [6])

F. De conmissionibus.

Quia plurimumque [7]) iudices articulum istum de iuramento calumpnie, testium recepcionem, [8]) et examinacionem, necnon etiam [9]) consueuerunt committere totam causam, ideo de conmissionibus et iudicum [10]) excusacionibus est videndum.

a.

Et primo, cum pluribus iudicibus causa conmittitur cum illa clausula: *si* [11]) *non omnes*, qualiter ille uel illi [12]) qui interesse non possunt se debeant excusare.

α. Excusacio college. [13])

Sapienti viro magistro H decano londoniensi, domini pape iudici delegato, C archydiaconus lewenensis [14]) eius collega salutem et sinceram in domino karitatem.

Quia cognicioni et decisioni cause vobis et michi a sede apostolica delegate, videlicet quam P mouet seu mouere intendit R de tali loco super quadam summa peccunie [15]) et rebus aliis, prout in litteris apostolicis ab ipso P inpetratis continetur plenarie, non possum [16]) sine rei familiaris periculo interesse, prudencie vestre presencium insinuacione notifico ut ex nunc in iam dicto procedentes negocio meam presenciam nullatenus expectetis.

Datum etc.

β. Quando delegatus vices suas condelegato conmittit. [17])

Magne prudencie viro T, domini pape iudici [18]) delegato, H eius collega salutem in domino sempiternam.

---

1) A: *amittitur.* B: *conmittitur.*
2) B: *post.*
3) B: *narratum.*
4) B: *ab.*
5) Anstatt *petitum* hat in B eine alte hand *prestitum* ergänzt.
6) B: *conmissum.*
7) B: *plerumque.*
8) A: *recepcione.*
9) A: *necnon ante.* B: *examinacionem hinc inde ab ea.*
10) B: *conmissionibus iudicum et.*
11) B: *et si.*
12) B: *qualiter illi.*
13) A: *collegie.* B: *de excusacionibus college.*
14) B: *domini legato G archidiachonus linensis.*
15) B: *contra R super quibusdam peccunie summis.*
16) A: *possunt.* B: *possim.*
17) B: *quando legatus sua uice conmittit.*
18) In B fehlt *iudici.*

Quoniam ad cognicionem [1]) et decisionem cause nobis vna cum magistro Wo [2]) a sede apostolica delegate, videlicet quam . . contra . . super . . re mouet seu mouere intendit, ad presens — licet vellemus — interesse quibusdam nostris et ecclesie nostre negociis prepediti non possumus, vobis super hiis omnibus quousque interesse poterimus plenarie conmittimus vices nostras.

Datum etc.

b. Conmissio tocius cause in extraneum facienda.

Gotfridus archydiaconus lewenensis, [3]) domini pape iudex delegatus, prouido et discreto viro magistro . . decano de arcubus londoniensi [4]) salutem etc.

Discrecioni vestre tenore presencium innotescat, [5]) nos a sanctissimo patre domino nostro domino M papa iiii quasdam recepisse litteras sub hac forma: *Martinus episcopus* etc. *ponatur totus tenor litterarum. deinde dicatur:*

Quare [6]) cum examinacioni cause huius pluribus et diuersis prepediti negociis non possumus sine graui nostro incommodo interesse, vobis [7]) examinacionem et decisionem ac cognicionem [8]) ipsius cause tenore presencium totaliter duximus conmittendam. *uel sic:* super hiis omnibus totaliter [9]) conmittimus vices nostras. [10])

Datum etc. *ut supra*

c. [11])

Cum autem causa conmittitur, diffinitiua sentencia reseruata, scribit notarius per omnia secundum formam proximo supra dictam usque ad locum ubi dicit: *vobis ad examinacionem* etc. et dicatur tunc: *vobis ad examinacionem et cognicionem tocius cause — reseruata nobis diffinitiua sentencia — plenarie conmittimus vices nostras* etc.

---

1) B: *congregacionem.*
2) B: *guillemo.*
3) B: *leuen* mit dem abkürzungshäckchen über dem *n.*
4) B: *prouido viro magistro P de.*
5) B: *innotescimus.*
6) B: *quarum tenore.*
7) In B fehlt *vobis*
8) In B fehlt *ac cognicionem.*
9) In A ist von *duximus* an bis hieher alles ausgefallen.
10) In B ist hiezu von der feineren wie gröberen hand noch beigemerkt:

*Uel sic:* vobis conmittimus vices nostras, donec ad nos eas duxerimus reuocandas.

*Uel sic:* vobis super hiis omnibus, quousque interesse poterimus etc. *ut supra proxima.*

*Uel sic:* vobis conmittimus vices nostras tam diu quam diu contigat (*nach der gröberen hand:* contingerit) nos abesse. datum etc.

11) Dieser ganze absatz ist in A ausgefallen.

### d. Conmissio super certum articulum. [1]

Gotfridus archydiaconus lewenensis, [2] domini pape iudex delegatus, prouido et discreto viro . . salutem in domino sempiternam.

Cum in causa quam P de . . mouet seu mouere intendit R loci eiusdem super . . re [3] auctoritate apostolica coram nobis, in qua per procuratores usque ad litis contestacionem sollempniter est processum, petatur [4] instanter a nobis ut — parcentes laboribus parcium et expensis — alicui discreto viro vellemus conmittere, quod [5] a principalibus personis calumpnie iuramentum reciperet, et posicionibus [6] hinc inde faceret responderi, nos ipsorum precibus [7] annuentes [8] vobis auctoritate qua fungimur [9] de vtriusque partis assensu tenore presencium conmittimus et mandamus, [10] quatenus iuramentum calumpnie super libello exhibito, quem vobis mittimus presentibus interclusum, ab ipsis principalibus personis [11] recipiatis sollempniter prima die iuridica post festum omnium sanctorum proxime venturum, quem diem ipsis partibus ad dictum [12] iuramentum prestandum pro peremptorio termino duximus assignandum, et posicionibus quas ipse partes hinc inde facere voluerint faciatis ut iuris est plenarie responderi, iuramentum ipsum et posiciones, si quas fecerint, cum responsionibus subsecutis ad eas [13] in publicam scripturam redactas [14] sub sigillo nostro vna cum presentibus et libello predicto nobis quam cicius remittentes, [15] necnon prefigentes eisdem partibus peremptorium terminum competentem quo sufficienter conpareant coram nobis, [16] in causa [17] quantum de iure fuerit processure. [18]

Datum etc.

---

1) B: *sub serto articulo.*
2) B: *Martius archidiachonus talis loci.*
3) B: *contra R super tali re.*
4) B: *et petatur.*
5) B: *qui.*
6) B: *posicionibus faciendis.*
7) B: *ipsis partibus.*
8) Die feinere wie gröbere hand setzt hier in B bei: *earum precibus inclinati.*
9) Ebenso hier: *in hac parte.*
10) In B fehlt *et mandamus.*
11) B: *ipsis partibus.*
12) B: *ad ipsum.*
13) B: *ac eos.*
14) B: *redactis.*
Die feinere wie gröbere hand fügt hiezu sodann noch bei: *et quicquid exinde actum et subsecutum fuerit, partibus presentibus uel altera absente.*
15) B: *nobis premissis completis quam cicius poteritis remittatis.*
16) Die feinere wie gröbere hand in B setzt hier bei: *in curia nostra, uel tali loco.*
17) B: *in dicta causa.*
18) B: *procedendum.*

e. Conmissio super recepcione et examinacione testium.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Cum in causa que inter P actorem ex vna parte et R reum super quadam re . . vertitur coram nobis testes sint necessario [1]) producendi, discrecioni vestre tenore presencium de vtriusque partis assensu conmittimus et mandamus, quatenus testes omnes quos ipse partes producere voluerint coram vobis [2]) super articulis ab vtraque parte datis cum interrogatoriis ab ipsis exhibitis, que omnia sub sigillo nostro vobis mittimus [3]) presentibus interclusa, infra annum — *siue* [4]) vnum mensem — a recepcione presencium, quem terminum ipsis partibus ad probandum peremptorium duximus assignandum, prudenter recipere ac diligenter examinare curetis, deposiciones omnium testium quos produxerint fideliter in scriptis redactas vna cum predictis articulis et [5]) interrogatoriis ac tenore presencium sub sigillo vestro clausas necnon reuelatas ad nos quam cicius poteritis transmittentes, [6]) prefixo partibus peremptorio termino conpetenti quo sufficienter cum omnibus instrumentis actis et munimentis suis causam ipsam qualitercumque tangentibus conpareant coram nobis, in dicta causa prout de iure fuerit processure legittime.

Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia odio uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam conpellatis veritati testimonium perhibere.

Datum etc.

G.

Lite contestata, et iuramento de calumpnia prestito, sequitur prefixio termini ad ponendum. [7])

a. Prefixio termini ad ponendum.

Coram reuerendo patre domino archyepiscopo suprascripto [8]) conparentibus in iudicio P actore et R reo predictis, [9]) idem dominus archyepiscopus [10]) vtrique parti ad ponendum hinc inde quidquid ponere volunt [11]) diem lune proxime venientem pro primo termino [12]) assignauit.

1) B: *testes sunt necessarii per eos.*
2) B: *nobis.*
3) B: *transmisimus.*
4) In B fehlt *annum siue.*
5) Von hier an bis *reuelatas* einschliesslich fehlt in B.
6) B: *remittentes.*
7) B: *deponendum. quem terminum notarius ita scribat.*
8) B: *patre etc.*
9) In B fehlt *predictis.*
10) In B fehlt *archyepiscopus.*
11) B: *uoluerint.*
12) Anstatt *pro primo termino* hat B blos: *terminum.*

b. Qualiter consueuit terminus assignari. [1])

Hic terminus consueuit assignari semper inmediate [2]) post iuramentum calumpnie.

Et tunc scripta litis contestacione et iuramento [3]) calumpnie, ut supra notatum est, inmediate sic scribat notarius: *quibus partibus idem iudex ad ponendum pro prima dilacione ad talem diem terminum assignauit.* uel sic: *ad ponendum peremptorium* [4]) *terminum assignauit.*

*Petrus actor predictus, conparens coram domino archyepiscopo sepe dicto,* [5]) *posiciones exhibuit infrascriptas. quarum tenor talis est: in nomine domini amen. hec sunt posiciones* etc. et ponantur omnes posiciones per ordinem sicut exhibite sunt. [6])

Tamen non debet [7]) poni in libro, quousque sit eis responsum, pro eo quod responsiones quandoque magne quandoque breues existunt, et sic non posset notarius quantum spacium deberet in registro dimittere inter vnam posicionem et alteram [8]) pro scribendis posicionibus arbitrari. [9])

Simili modo scribatur posicionum exhibicio rei.

c.

Exhibitis posicionibus, [10]) et ipsarum copia partibus data, ad respondendum ipsis posicionibus terminus prefigitur in hunc modum.

α. Terminus ad respondendum posicionibus.

Conparentibus in iudicio coram domino archyepiscopo suprascripto [11]) P actore et R reo predictis, idem dominus archyepiscopus vtrique [12]) ad respondendum posicionibus coram ipso [13]) exhibitis ab hodie ad viii dies peremptorium terminum assignauit.

β.

Si posicionum copia partibus non sit data quando terminus iste prefigitur, consueuit in fine termini [14]) clausula hec apponi: *et interim* [15]) *dictarum posicionum copiam recipiant hinc inde, si eis videbitur expedire.*

1) In B wird ohne rubrum gleich weiter gefahren.
2) In B fehlt *inmediate.*
3) B: *iuramentum.*
4) B: *ponendum pro omnibus perhemtorium.*
5) B: *coram dicto iudice.*
6) A: *exhibiciones.*
7) A: *debent.*
8) B: *aliam.*
9) A: *arbitratis.*
10) In B fehlt *exhibitis posicionibus.*
11) B: *coram tali iudice.*
12) B: *dominus iudex vtrique parti.*
13) B fügt noch bei: *iudice.* A hat anstatt dessen *contra ipsum.*
14) B: *dicti termini.*
15) B: *istarum.*

γ.

Adueniente die quo posicionibus respondetur, factoque hoc, [1]) in fine cuiuslibet posicionis scribat notarius cuiuslibet posicionis [2]) responsionem.

Demum sic scribat: *die tali respondit R predictus posicionibus omnibus premissis*, ut iuxta eas [3]) superius est conscriptum.

δ.

Quandoque tamen non potest vna eadem die [4]) omnibus posicionibus responderi, quia [5]) multe sunt, uel quia super hiis omnibus [6]) oritur questio inter partes, [7]) et aliis omnibus [8]) causis. tunc ita scribat notarius: *die . . R predictus respondit omnibus posicionibus suprascriptis signatis hoc signo A*, prout [9]) iuxta eas superius scriptum est. et faciat in capite cuiuslibet posicionis cui responsum est hanc litteram A. [10])

d.

Terminus ad dandum articulos, et eorum exhibicio scribatur ita ut supra de posicionibus scriptum [11]) est.

Et post exhibicionem registrantur inmediate, si nihil contra eos proponitur.

Si vero pars aliqua velit contra datos articulos dicere, tunc [12]) datur terminus ad dicendum et dandum in scriptis contra eos quidquid dicere volunt. et interim [13]) recipiant copiam, si eis videbitur expedire.

H.

Iustificatis quidem articulis, et dato termino ad probandum, cuius termini forma satis leuiter trahi [14]) poterit de aliis terminis suprascriptis, procedatur ad productionem testium. vnde subsequenter de testibus est videndum.

---

1) A hat blos *facto*.
2) In A fehlt *cuiuslibet posicionis*.
3) In A fehlt *eas*.
4) In B fehlt *vna eadem die*.
5) A: *que*.
6) In B fehlt *omnibus*.
7) B: *easdem partes*.
8) B: *aliis multis de*.
9) B: *signum. ac prout*.
10) In B fehlt *A*.
Dagegen bemerkt die feinere hand an den unteren rand der ersten spalte noch:
*Uel dicat sic:* primo respondit ut in fine eius continetur. et sic deinceps vi et vii et finali posicionibus non respondit. et quod dominus iudex interloquendo pronunciauit, quod — cum sint duplices uel capciose uel inpertinentes — quod eisdem non est respondendum, cum non releuent ponentem.
11) B: *dictum*.
12) A hat hier blos: *si vero parti alicui*.
13) B: *dicere uel dare voluerint et iterum*.
14) B: *extrahi*.

## 1. De testibus. [1]

a.

Si testes debent recipi extra curiam, tunc mittuntur littere secundum formam supra de conmissione testium[2] annotatam. hodie vero dicte [3] conmissiones fiunt per litteras apostolicas.

Si vero recipi debeant in curia, tunc [4] statuitur terminus per notarium[5] ad probandum. infra quem terminum testes iurare debent.

Et licet ad iudices pertineat[6] examinacio testium, pro eo quod maiorem discrecionem quam notarius sibi [7] requirit, consuetudo tamen tenet [8] quod testes quasi semper per notarium examinentur. vnde cum notarius vice fungatur iudicis in hoc casu, oportet ipsum cum omni cautela et maturitate ad testium examinacionem procedere, ne ipsius inpericia uel defectu negocium de quo agitur perimatur, sicut perimi vidi multociens simplicitate [9] notarii procedentis in negocio inprudenter. debet enim notarius, qualecunque sit negocium, ciuile uel criminale, facere sibi dari in scriptis articulos siue intencionem [10] super qua testes iurare debent et examinari, ut viam habeat quodammodo limitatam. et sic plenius [11] poterit a testibus inquirere veritatem.

b.

Et quia iuramentum est primum quod a testibus agitur, [12] ideo de ipso iuramento — videlicet qualiter notarius testem iurare faciat — primitus est videndum.

### Qualiter iuramentum calumpnie est testibus conputandum. [13]

Dicat testi notarius, tenendo librum in manu uel ante ipsum testem: *tu iurabis ad sancta dei ewangelia, fideliter dicere ueritatem et* [14] *id quod scis de negocio quod agit P ex vna parte et R* [15] *ex altera ita pro vna parte quam* [16] *pro alia,*

---

1) In A läuft hier der text ohne rubrum fort.
2) In IV. 5. F. c. s. 668.
3) In B fehlt *dicte.*
4) A: *nec? nunc?*
5) A: *prenotatus.*
6) B: *perueniat.*
7) A: *sic.* B: *sit.*
8) B: *est.*
9) B: *per cimplicitatem.*
10) A: *examinacionem.*
11) B: *melius.*
12) B: *exigitur.*
13) A hat hier das in B zunächst folgende rubrum: *qualiter scribi debeat testium iuramentum.*
14) In B fehlt *veritatem et.*
15) B: *agitur inter talem ex vna parte et talem.*
16) B: *sicut.*

*remoto precio precibus* [1]) *amore odio uel timore conmodo uel incommodo quod tibi venire possit exinde, et quod dictum tuum tenebis* [2]) *secretum quousque per iudicem fuerit publicatum.*

Et faciat notarius quod testis in propria persona dicat, tenendo manum suam super librum, hec verba: *sicut* [3]) *tu dixisti ita faciam. si* [4]) *deus me adiuuet et hec sancta dei euangelia.*

Si vero plures sint testes, quod statim iurare vnus post alium debeat, [5]) non est necesse omnia predicta cuilibet narrari [6]) testi, set sufficit tantum dicere sic: *sicut ille iurauit, ita et tu iuras, si deus te adiuuet* etc. ut supra.

Quod iuramentum sic scribatur.

### c. Iuramentum testium productorum. [7])

Fuscolsus Thitardei Cesenelli de Cesin et Formica condam constantiensis testes producti ab R contra testes [8]) super premissis Ia Vbaldi Io Beneuenti iurauerunt, [9]) presentibus partibus, coram dicto iudice, perhibere testimonium veritati, premissa tamen per dictum R hac protestacione, videlicet quod salue sibi sint et reseruate omnes excepciones sibi competentes et competiture tam ante iuramentum dictorum testium [10]) quam post et tam contra personas dictorum testium quam contra dicta eorum.

*Consueuit enim ille contra quem testes producuntur quasi semper dictam protestacionem facere oretenus. et alteri* [11]) *protestacio datur in scriptis. et tunc ita scribat notarius: sicut ei* [12]) *datur in scriptis. et scribat ipsam protestacionem ante iuramentum testium.*

*Si vero nulla protestacio fieret oretenus uel in scriptis, tunc notarius nichil de protestacione scribat, quia non pertinet ad eum* [13]) *defectum partis supplere.*

*Et notandum, quod non* [14]) *sufficit si notarius scribat deposicionem testis* [15]) *ita: Iacobus testis productus a tali iuratus de veritate dicenda dixit, nisi aliter* [16]) *de*

---

1) B: *precio a partibus.*
2) B: *tenebit.*
3) B: *manum super librum sicut.*
4) B: *sicut?*
5) B: *qui statim unus post alium iurari debeant.*
6) B: *narrare.*
7) B: *qualiter scribi debeant testium iuramenta.*
8) A: *testem.*
9) B: *Robbertus Iacobi. Iohannes de . . Iacobus Petri. testes producti a tali contra talem super premissis articulis iuratum.*
10) In B fehlt *testium.*
11) A: *antea?*
12) A: *et.* B: *enim?*
13) B: *eundem notarium.*
14) In B fehlt *non.*
15) B: *in deposicione testium.*
16) B: *dixit etc. vbi.*

*iuramento appareat. vnde semper scribendum est in actis iuramentum testium, sicut superius est notatum.*

d. Examinacio testium. [1])

Ad testium examinacionem sic procedat notarius.

Primo scribat titulum, ut inferius annotabo. deinde scribat intencionem [2]) seu articulos omnes per ordinem. postmodum scribat diem qua fit examinacio, licet multi notarii non scribant diem qua testes examinentur. ego autem credo diem apponendam esse in omni scriptura publica, siue fiat in iudicio siue extra. demum facto scribat nomen et cognomen testis, et procedat [3]) in forma subscripta.

e. Titulus in attestacionibus apponendus. [4])

Infrascripte sunt attestaciones dictorum [5]) testium A P et S bononiensium [6]) contra R de tali loco [7]) super infrascriptis articulis [8]) per me Iacobum [9]) infrascriptum sub examine reuerendi patris domini G rauennatensis episcopi. anno domini m⁰. cc⁰. lxxxii. indictione x. [10])

*Capitula* [11]) *intencionis seu articuli scribuntur inmediate post tytulum, sicut dantur a parte in scriptis.*

f.

Deinde, scripta die et nomine testis, sic notarius examinando procedat.

α. Modus examinandi testes.

Primo si intencio parua [12]) est, siue articuli pauci sunt, ita quod posset [13]) bene negocium in animo [14]) summarie conprehendi, legat notarius testi totam intencionem et [15]) omnes articulos simul et [16]) semel.

Et lectis articulis faciat testem dicere super dicto [17]) negocio quidquid nouit, antequam ipsum interrogaret de aliquo.

1) B bemerkt hier zuerst: *de testium examinacione sic procedit notarius.* dann folgt das rubrum: *de examinacione testium.*

2) Von hier an bis *postmodum* einschliesslich ist in B ausgefallen.

3) B: *procedatur.*

4) B: *apponendis.*

5) B: *productorum.*

6) In B fehlt *bononiensium.*

7) B: *R loci eiusdem eciam.*

8) B setzt noch *scriptis* bei.

9) B: *Iohannem notarium.*

10) B: *examinacione reuerendi patris etc. anno domini etc. indictione nona.*

11) B: *capituli.*

12) B: *praua.*

13) A: *non posset.*

14) In B fehlt *in animo.*

15) B: *seu.*

16) In B fehlt *et.*

17) B: *toto.*

Postmodum interroget eum [1]) diligenter secundum modum inferius annotatum.

Et ut melius et plenius exprimam quod intendo, pono casum et articulos.

Ecce quidam [2]) petit a quodam debitore suo c libras quas ex causa mutui sibi dedit, et dat tales articulos. [3]) *intendit probare P contra ipsum R, quod ipse P pure* [4]) *numerauerit et tradidit eidem R ex causa mutui c libras. item quod dictus R promisit, eidem P reddere et restituere dictas c libras* [5]) *ad terminum vi mensium. item quod de omnibus predictis et singulis est publica vox et fama.*

Si articuli fuerint ita pauci, [6]) interroget testem notarius super primo articulo, et postmodum super secundo, et sic de singulis.

Set lectis sibi omnibus articulis et uulgarizatis [7]) a parte, si laycus est, dicat sibi quidquid scit [8]) de ipso negocio, et faciat eum dicere integraliter [9]) quidquid scit. [10]) si vero testis diceret, vera esse [11]) que in articulis [12]) continentur, uel vera esse que in dicto articulo continentur, [13]) non debet esse notarius contentus de tali dicto, quia videtur quod testis sit subornatus, set dicat tunc notarius testi: *quomodo vera sunt, dicas mihi factum et quid inde scis.*

Postmodum audito et intellecto bene toto eo quod dixerit, scribat notarius sic.

### *β.* Idem modus examinandi testes. [14])

Iacobus de Bononia [15]) testis iuratus — lectis et apertis et wlgarizatis [16]) articulis suprascriptis — dixit, [17]) quod dictus P mutuauit dicto R c libras turonenses, [18]) et quod dictus R promisit eidem R c libras restituere infra vi menses tunc proximo venientes.

---

1) B: *querat ab eo.*
2) B: *articulos quid.*
3) B: *c solidos ex causa mutui. et super hoc debent dari tales articuli.*
4) B fügt noch *et libere* bei.
5) Von *item* an bis hieher ist in A ausgefallen.
Anstatt *libras* hat B *solidos.*
6) A: *et non interroget.*
7) B: *uulgalisatis.*
8) B: *sibi quid sit.*
9) In A fehlt *dicere integraliter.*
10) B: *quis sicit.*
11) B: *sunt.*
12) B: *articulo.*
13) Von *uel* an bis hieher fehlt in B.
14) B: *super eodem.*
15) In B fehlt *Bononia.*
16) A hat *wlgari* mit übergeschriebenem *tis.* B: *lectis a notario et uulgualisatis,* wozu von der feineren hand in den leeren mittelraum zwischen den spalten bemerkt ist: *seu vulgariter sibi expositis.*
17) In A fehlt *dixit.*
18) B: *libras talis monete.*

γ. Super eodem. [1])

Huic dicto conueniunt primo iiii interrogaciones generalissime [2]) ad dictum cuiuslibet testis. [3])

Que tales sunt. primo interrogandus est quilibet, ut reddat causam sciencie sui dicti, hoc est quod dicat quomodo scit ea que dixit, vtrum per visum an per auditum uel per credulitatem uel per alia iudicia. secundo interrogandus est testis, quo anno, quo mense die et hora fuerint ea que dicit. tercio in quo loco fuerint. quarto qui fuerint presentes.

Si ad primam interrogacionem, videlicet de causa sciencie, testis testificetur de visu, si [4]) testis dixerit se vidisse quando predictus P mutuauit dicto R dictam peccuniam, [5]) tunc sunt alie interrogaciones necessario [6]) faciende, [7]) scilicet vtrum fuerit de auro uel argento peccunia illa quam sibi mutuauit. [8]) et si dixerit de argento, queratur vtrum [9]) in turonensibus grossis uel alia moneta, et vtrum connumerata fuerit dicta peccunia uel in sacculo tradita. et [10]) si numerata fuerit, quis eam connumerauit, [11]) et super quo numerata fuit, et vtrum dictus R — postquam sibi dicta peccunia fuit connumerata [12]) et tradita — aportauit [13]) eam secum, uel dimisit eam penes dictum P.

Si vero dictus testis respondeat de [14]) auditu, tunc statim est [15]) querendum conuenienter [16]) ab eo, a quo audiuit, uel [17]) sub qua forma audiuit, et quando, et si ab vno solo uel a pluribus.

Omnes interrogaciones premisse faciunt ad primum articulum.

Ad secundum faciunt et [18]) conueniunt iste. super secundo articulo querendum est primo [19]) de causa sciencie, quia hec interrogacio facienda est testi non super articulo set [20]) super eo omni quod dixerit. et si dixerit, [21]) se

1) In B wird gleich ohne rubrum fortgefahren.
2) B: *generales.*
3) A: *terter?*
4) Von *testis* an bis hieher fehlt in B.
5) B: *dictas c libras.*
6) B: *merito.*
7) A: *facientes.*
8) B: *utrum in peccunia de auro uel argento mutauit idem P dicto R dictas c libras.*
9) B: *in argento. utrum.*
10) B: *uel.*
11) B: *numerauit.*
12) B: *numerata.*
13) B: *exportauit.*
14) B: *ex.*
15) A: *al* mit dem abkürzungshäckchen durch das *l.*
16) In B fehlt *conuenienter.*
17) B: *et.*
18) In B fehlt *faciunt et.*
19) B: *primo ab eo qua.*
20) In B fehlt *super articulo set.*
21) In B ist *et si dixerit* ausgefallen.

interfuisse promissioni facte per dictum R de dicta peccunia restituenda, tunc faciende sunt testi iterato [1]) tres generales [2]) interrogaciones superius nominate, videlicet quo anno quo mense die et hora fuit facta dicta promissio, et in quo loco, et quibus presentibus, deinde sub qua forma verborum, videlicet que verba protulit ille [3]) qui promisit, et que ille [4]) cui facta fuit promissio.

Item querendum est, si ipse testis erat ibi,[5]) vtrum a casu fuerit in predictis,[6]) uel studiose ductus ut esset testis, et si ita [7]) simpliciter audiuit dictam promissionem fieri transeundo uel stando ibi.

Super tercio articulo, si dixerit famam esse de predictis, querendum est quomodo sciat hanc famam esse, et vbi [8]) dicta fama, et inter quos, et quales persone sint ille inter quas est dicta fama.

Et sic [9]) de omnibus circumstanciis super quolibet verbo [10]) est a testibus subtilissime veritas inquirenda.

Si autem articuli fuerint multi, quia non posset eorum affectus seu finalis intellectus in animo summarie conprehendi, necesse est ut quilibet articulus singulariter testibus perlegatur, et super quolibet dicat testis quod nouit, et quod fiant [11]) testibus omnes interrogaciones pertinentes ad dictum articulum antea quam ad alios transeatur. [12])

Et tunc notarius ita dicat.

*δ.* Super eodem.

Iacobus [13]) testis iuratus, lectis et wlgarizatis [14]) sibi singulariter articulis suprascriptis, super primo [15]) qui sic incipit: *intendit probare P* etc. dixit sic et sic.[16])

Postmodum interrogetur ut supra dixi. et sic de quolibet articulo est faciendum.

*ε.*

Et notandum, quod inconueniens modus est ille quem multi tenent dicentes: *Iacobus testis iuratus dicit,* [17]) *et inter-*

---

1) A: *in tantum?*
2) In B fehlt *generales.*
3) B: *processerunt ab illo.*
4) B: *ab illo.*
5) B: *item ad quid dictus testis erat ibi. querendum est.*
6) B: *interfuerit predictis.*
7) B: *testis uel non. ita.*
8) B: *ubi est.*
9) A: *sic fama.*
10) B: *quolibet articulo et super quolibet uerbo.*
11) B: *nouit quid fiat.*
12) B: *transeunt.*
13) B: *Nicholaus.*
14) A: *wlgaritatis.* B: *uulgalizatis.*
15) B fügt *articulo* bei.
16) B: *dixit quod sic.*
Hiezu bemerkt die feinere wie gröbere hand noch: *dictum articulum esse verum, ex eo quod quia vidit et audiuit et presens fuit etc.*
17) In B fehlt *dicit.*

*rogatus super primo articulo qui talis est: intendit probare etc. respondit sic et sic.* nam [1]) secundum istum modum interrogatur testis antequam quod[2]) aliquid ipse dicat, quod satis est incongruum, cum interrogaciones adaptande sint dicto testis, non dictum interrogacionibus,[3]) et notarius inuenire debeat interrogaciones [4]) ad dictum testis recipiendum exponendum et clarificandum, [5]) non testis dictum ad interrogacionem notarii sibi factam. [6]) vnde semper notarius debet testem facere dicere super articulo quidquid ipse scit anteaquam ipsum interroget. postmodum debet ipsum interrogare prout viderit expedire.

Est et alius modus quem multi tenent non solum incongruus set reprobandus omnino. scribunt [7]) enim dictum primi testis totaliter. postmodum dicunt[8]) de aliis testibus: *super tali articulo concordant cum primo teste.* et ita, si probatur articulus per omnes testes plenarie, non inuenitur scriptum nisi dictum vnius testis. [9]) et sic, si centum essent testes, dicta eorum non nisi vnius testis vigorem haberent, quia vbicumque dictum non concordat [10]) cum alio nil valet. ita tenet romana curia, reprobans illum modum.[11])

### g. De interrogacionibus. [12])

Sunt quedam alie interrogaciones, que in fine testimonii consueuerunt fieri quasi regulariter omni testi, scilicet si attenet [13]) in aliquo uel est familiaris aut domesticus producentis.

Et si respondet quod attinet, queratur in quo gradu.

Item solet queri a teste, si ad eum spectat conmodum uel inconmodum ex re de qua agitur, et si fuit rogatus uel doctus ferre hoc testimonium, item si concordauit cum alio teste [14]) dicere vnum et idem.

Et alias interrogaciones faciat examinantis discrecio,[15]) quas persone[16]) testificanti et[17]) dicto ipsius et negocio de quo agitur viderit expedire.

---

1) B: *non.*
2) B: *modum. primo interrogauit quem.*
3) B: *dicto interrogacioni.*
4) In A fehlt *interrogaciones.*
5) B: *testis exponende.*
6) B: *interrogaciones sibi factas.*
7) A: *scribant.*
8) A: *dicant.*
9) Von *plenarie* an bis hieher fehlt in B.
10) B: *ubicunque dicit concordat.*
11) B: *reprobant illum.*
12) B fährt hier gleich ohne rubrum weiter.
13) B: *attinet.*
14) B: *concordat cum aliis testibus.*
15) A: *discrecionem.*
16) B: *quas et persone.*
17) In A und B fehlt *et.*

h.

Examinatis testibus, citari debet pars ad videndum attestaciones publicari secundum formam suprascriptam sub rubrica que dicit *citacio ad certum actum.* [1])

Et post illam citacionem publicantur[2]) testes. et datur terminus ad recipiendum copiam attestacionum, et ad dicendum contra testes et dicta eorum quidquid [3]) dicere volunt.

Que publicacio ita scribitur et terminus.

Publicacio testium et terminus ad dicendum contra attestaciones. [4])

Constitutis in iudicio coram domino archyepiscopo supradicto [5]) P actore et R reo predictis in termino eis dato ad deposiciones testium publicandas, idem dominus archyepiscopus de istarum [6]) parcium voluntate apparuit, et publicauit attestaciones testium premissorum, prefigens eidem R terminum peremptorium ab hodie ad [7]) xv dies proximos ad dicendum et dandum in scriptis contra dicta ipsorum testium uel [8]) contra personas eorum quidquid dicere uel dare voluerit. et interim ipsorum [9]) recipiat copiam, si ei videbitur expedire.

2.

Publicatis attestacionibus, si transacto termino nichil dicitur contra eas, consueuit dari terminus ad producendum omnia instrumenta acta et munimenta. qui terminus ita scribitur.

Terminus ad producendum instrumenta.

Coram reuerendo archyepiscopo supradicto [10]) conparentibus in iudicio P et B predictis, idem dominus archyepiscopus [11]) vtrique ipsorum ad producendum omnia instrumenta acta et munimenta quelibet [12]) causam ipsam qualitercumque tangencia hinc [13]) ad viii dies proximos peremptorium terminum assignauit.

---

1) In IV. 1. b. o. s. 629.
2) A: *citantur.*
3) B: *et quicquid.*
4) B: *publicatis dicta testium et terminus ad dicendum.*
5) B: *coram tali iudice.*
6) B: *idem iudex de ipsarum.*
7) B: *usque ad.*
8) B: *et.*
9) B: *de dictis ipsorum.*
10) B: *coram tali iudice.*
11) B: *P actore et R reo idem iudex.*
12) B: *ad.*
13) B: *usque.*

I.

Post quem terminum in causa conclusio solet sequi. que ita scribitur.

Conclusio in causa.

Comparentibus in iudicio coram domino archyepiscopo supradicto Iacobo et Arlotino procuratoribus supradictis, et [1]) renunciantibus hinc inde probacionibus omnibus in posterum faciendis, ambo procuratorio nomine dominorum suorum in hac causa voluntarie concluserunt.

K.

Quia [2]) concluso [3]) in causa et antea consueuerunt partes aliquando [4]) per viam conpromissi ad concordiam deuenire, [5]) idcirco de conpromisso ut [6]) ipsius forma aliquod est notandum.

a. Qui possunt arbitri esse in conpromisso et quando. [7])

Bonum est, scire notarium [8]) quod de causa matrimoniali et liberali (scilicet quando agitur de libertate alicuius) et criminali [9]) ex qua infamia subsequatur non potest in aliquem conpromitti.

Mulier, seruus, mutus, [10]) et mente captus esse arbitri prohibentur.

De causa vero spirituali et spirituali annexa non potest in laycos conpromitti.

Item sciat notarius, quod pena semper est in conpromissis omnibus apponenda.

Item, quod propter discessionem [11]) melius est in vnum uel in tres quam in duos arbitros conpromitti.

Hec autem simplici [12]) notario dicta de natura conpromissi sufficiant. cum sibi maiora occurrent, [13]) consulat sapientes.

b. Forma conpromissi de lite iam incepta.

In nomine domini amen.

Anno eiusdem a natiuitate etc. Petrus de Bononia [14])

1) B: *coram tali iudice P procuratore pro actore et R procuratore pro reo.*
2) B: *que.*
3) A: *conclusio*, wie ursprünglich B auch hatte.
4) In B fehlt *aliquando.*
5) B: *deuenerunt.*
6) B: *et.*
7) B: *de officio conpromissi.*
8) In B fehlt *notarium.*
9) B: *alicuius criminaliter.*
10) B: *mulier. surdus. mutus. seruus.*
11) B: *deffencionem.*
12) B: *in cimplici.*
13) B: *tibi maiora occurrerint.*
14) B: *P filius condam talis.*

ex vna parte et R ex altera, cum inter eos coram tali iudice super infrascriptis libellis ad inuicem litigarent, qui libelli sunt: *coram*[1] *vobis reuerendo patre domino I etc. dicit*[2] *et proponit P de Bononia contra R, dicens quod*[3] — *cum ipse in tali ecclesia fuisset canonice institutus*,[4] *et per annum et amplius pacifice possedisset eandem — dictus R pretextu cuiusdam*[5] *presentacionis quam ad eandem ecclesiam asserit de se factam ipsum P de*[6] *dicta ecclesia contra iusticiam auctoritate propria spoliauit* etc. — *ponatur totus tenor libelli. deinde dicatur* — que quidem R[7] negans, prout narrantur, contra eundem P sub hac forma in modum reconuencionis agebat:[8] *coram vobis venerando patre*[9] etc. — *ponatur totus libellus*[10] *reconuencionis. postmodum sic dicatur* — de litibus[11] et controuersiis omnibus ad eas qualitercumque spectantibus ambo communiter et concorditer in venerabiles viros[12] magistros C et D tamquam in arbitros arbitratores amicabiles conpositores et bonos viros conpromiserunt,[13] promittentes vna pars alteri inter se inuicem et ipse partes ambe dictis arbitris et arbitratoribus et cuilibet eorum in solidum sollempnibus stipulacionibus hinc inde interuenientibus — *uel sic:* promittentes vna pars alteri inter se ad inuicem et ipse partes ambe[14] mihi notario infrascripto stipulanti nomine et vice dictorum arbitrorum et cuiuslibet eorum in solidum — stare et parere ac integraliter obedire, et[15] non conuenire de aliquo de iure et de facto aliqua racione uel causa omni eorum laudo uel arbitrio dicto, diffinicioni seu pronunciacioni, quod *uel* quam inter ipsos super premissis uel premissorum aliquo uel aliis qualitercumque ad ea spectantibus seu predictorum occasione[16] emergentibus laudauerint dixerint pronunciauerint diffinierint seu arbitrati fuerint, semel uel pluries, cum scriptura uel sine scriptura, diebus feriatis et[17] non

---

1) In A fehlt *coram*.
2) B: *libelli tales sunt. coram uobis tali iudice dicit.*
3) B: *P contra R quod.*
4) B: *ecclesia constitutus.*
5) B: *eiusdem.*
6) In B fehlt *de.*
7) B: *dicatur quicquid libellus. dictus R.*
8) B: *agat.*
9) B: *uobis iudice predicto.*
10) B: *totus tenor libelli.*
11) B: *ipsis litibus.*
12) A hat anstatt *in venerabiles viros* nur *inuenerunt.*
13) B: *unanimiter conpromiserunt.*
14) Von *et arbitratoribus* an bis hieher ist in A ausgefallen.
15) Von hier angefangen bis *arbitrio* einschliesslich fehlt in B.
16) B: *ecclesie.*
17) B: *uel.*

Cum igitur dilecte[2]) in Christo filie . . abbatissa et conuentus monialium sancti . . de tali loco dyocesis cantuariensis,[3]) que spretis mundanis illecebris elegerunt famulari domino in abiectione[4]) voluntarie paupertatis, non habeant vnde viuant, nisi a Christi fidelibus subueniatur eis, vniuersitatem vestram rogamus et hortamur in domino, in remissionem[5]) vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis collatis a domino pias ad hec elemosinas et grata eis karitatis subsidia erogetis, ut per subuencionem vestram earum inopie consolentur,[6]) et vos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterna possitis felicitatis[7]) gaudia peruenire.

Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac gloriosi Thome martiris auctoritate confisi,[8]) omnibus vere penitentibus et confessis qui eis ad hec[9]) manus porrexerint karitatis xl dies de iniuncta eis penitencia misericorditer relaxamus.

Has vero litteras mitti per questuarios[10]) inhibemus, eas — si secus actum fuerit — carere viribus decernentes.

Datum etc.

### 4. Indulgencia pro ponte construendo.[11])

Vniuersis Christi fidelibus per ciuitatem et dyocesim cantuariensem constitutis frater I permissione diuina[12]) etc.

Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus etc. *ut supra.*

Cum igitur dilectus filius N, lator presencium, in strata publica pontem constituere[13]) seu reficere ad transeuntium

---

1) B: *domino recolligere ualeamus.*
2) In B fehlt *dilecte.*
3) B: *abbatissa moniales sancti Benedicti de tali loco talis dyocesis.*
4) B: *obiectione.*
5) B: *ortamur in requisitionem.*
6) B: *inopia consulatur.*
7) In B fehlt *felicitatis.*
8) B: *concessi.*
9) In B fehlt *ad hec.*
10) B: *meriti per questionarios.*
11) B: *instruendo uel reparando.*
12) B: *dyocesim de reato constitutis talis prelatus.*
13) B: *construere.*

opus intendat, nec ad id proprie suppetant facultates, vniuersitatem vestram rogamus et hortamur [1]) in domino, in remissionem vobis [2]) peccaminum iniungentes, quatenus — cum ipse uel eius nuncii ad vos beneficia petituri accesserint — pias eis ad hoc elemosinas et grata subsidia [3]) erogetis, ut per subuencionem vestram opus inceptum consummare [4]) valeat, et vos per hec et alia etc. *ut supra in proximo vsque ad* relaxamus. *tunc dicatur*: [5]) presentibus post triennium [6]) minime valituris.

5.

Eodem modo scribi potest pro ecclesia reparanda. incipe [7]) ut supra, et continua vsque ad locum vbi dicitur: *cum igitur*. tunc dicatur:

*Cum igitur dilectus in Christo filius P rector ecclesie de tali loco prefatam ecclesiam, que ex nimia sui vetustate ruebat, reparare proponat, nec ad id proprie suppetant facultates, vniuersitatem vestram* etc. ut supra in proxima indulgencia.

6. Pro hospitali.

Vniuersis Christi fidelibus per cantuariensem prouinciam constitutis frater I etc.

Si iuxta sentenciam sapientis inter [8]) tempus seminandi discernimus et metendi, seminare debemus in terris quod cum multiplicato fructu recolligere valeamus [9]) in celis.

Et licet secundum hoc indigentibus omnibus aperire teneamur viscera karitatis, illis tamen specialiter [10]) et habundancius quodammodo libertatis debemus graciam exhibere, qui — cum sint pauperes spiritu — sponte subeunt onera paupertatis, ut pauperibus possint copiosius subuenire, et ut in [11]) talibus habundent hospites quibus [12]) egent. hoc vero quamuis multi laudabiliter exequantur, illi tamen studeant laudabilius adimplere qui hospitalitati vacantes non solum infirmos et egenos recipiunt set et [13]) trahunt.

Cum igitur dilecti in Christo filii fratres hospitalis sancti D ad hoc totis viribus elaborent, quod vndique confluentium egenorum pariter et egrorum subuenire necessi-

1) In B fehlt *et hortamur*.
2) B: *uestrorum*.
3) B: *nuncius ad uos uenerit beneficia*.
4) B: *consumere*.
5) B: *consueuit dici*.
6) B: *terminum*.
7) In A fehlt *incipe*.
8) In B fehlt *inter*.
9) B: *debeamus*.
10) B: *specialius*.
11) In B fehlt *in*.
12) A: *hospitibus sibi*. B: *hospitibus quibus*.
13) B: *set etiam sanos*.

tatibus se exponant,[1]) vniuersitatem vestram monemus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus — ut cooperatores sitis operum pietatis — accedentes ad vos eorum nuncios benigne[2]) recipere ac honeste tractare curetis, eis grata subsidia et pias elemosinas conferentes, ut quod eisdem in terris contuleritis multiplicatum recipiatis in celis.

Nos autem de omnipotentis dei misericordia etc.

### 7. Pro leproso recipiendo in aliquo hospitali.[3])

Frater I etc. dilectis in Christo filiis rectori et fratribus hospitalis sancti La[4]) salutem et sinceram in domino karitatem.

Dilectus G, lator presencium, occulto dei iudicio morbo lepre percussus, nobis supplicauit[5]) ut eum in domo vestra in socium[6]) recipi faceremus.

De hoc[7]) vniuersitati vestre presencium auctoritate mandamus, quatenus dictum G ob reuerenciam dei nostrorumque[8]) precaminum interuentu in domo vestra recipiatis in socium et in fratrem, ipsumque sincera tractetis in domino[9]) karitate.

### 8. De executoribus datis.[10])

Sepe dominus papa scribit, quod prouideatur alicui clerico de aliquo ecclesiastico beneficio, spectante ad collacionem talis capituli uel prelati.

---

1) B: *opponunt.*

2) B: *nuncios accedentes pro premissis faciendis benigne.*

3) B: *indulgencia pro percusso morbo.*

4) B hat blos *sancti* ohne einen namen.

5) B: *humiliter supplicauit.*

6) In B fehlt *in socium.*

7) Anstatt *de hoc* hat B *ideoque.*

8) B: *uestrorumque.*

9) B: *domo.*

10) B: *de exequtoribus a domino papa. rubrica.*

Hier findet sich auch am äusseren rande des codex ein verweisungszeichen, ohne dass das entsprechende zeichen sich irgendwo zeigt. Da der ganze untere rand höchst sauber radirt ist, enthielt er vielleicht unter jenem zeichen von der gröberen hand die nachfolgenden muster, welche von der feineren an den unteren rand der vorhergehenden seite bemerkt sind.

Forma supplicacionis facienda summo pontifici.

Sanctitati vestre supplicat P talis pauper clericus talis loci iuris peritus dyocesis sambiensis, nullum beneficium ecclesiasticum assecutus, quatenus eidem de aliquo beneficio competenti cum cura vel sine cura sibi prouidere dignemini de gracia speciali vsque ad summam c librarum iuxta taxacionem antiquam decime, spectante ad collacionem seu prouisionem presentacionem seu quamuis aliam disposicionem episcopi sambiensis — *seu aliter:* ad cuiuscunque seu quorum-

Aliquando ipse dominus papa confert alicui clerico certum canonicatum,[1]) et mandat illum cui contulit ex nunc recipi in canonicum et in fratrem, dato aliquo executore qui hec faciat adimpleri.

Et quia non omnes notarii sciunt formas ipsas, quam melius sciuero sub breuitate notabo.

a. Forma littere inhibicionis et reseruacionis et[2]) decreti.

Gotfridus archydiaconus lewenensis,[3]) domini pape iudex delegatus, religiosis viris priori et capitulo monasterii sancti . . de Lewes — *uel* decano et capitulo londoniensi — salutem[4]) et mandatis apostolicis humiliter[5]) obedire.

Noueritis, nos a domino papa recepisse litteras formam[6]) que sequitur continentes: *Martinus episcopus seruus seruorum dei* etc.[7]) *ponatur totus tenor litterarum. demum dicatur sic:*

Volentes igitur mandatum apostolicum, ut tenemur, exequi[8]) reuerenter, vobis et cuilibet vestrum auctoritate apostolica inhibemus, ne beneficium ecclesiasticum, ad vestram collacionem presentacionem seu electionem spectans,

---

cunque qui conferre presentare seu aliter quoquomodo prouidere habeant communiter vel diuisim, de aliquo beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura in dyocesi antedicta, cuiuscunque seu quorumcunque dignitatis ordinis seu condicionis existat, vsque ad summam predictam, si quod vacat ad presens in ciuitate vel dyocesi, vel quam primum ad id obtulerit se facultas, de dignitate sedis apostolici dignemini misericorditer prouidere — quod infra vnius mensis spacium duxerit acceptandum, etiam si minoris valoris existat, oracionibus non obstantibus, et cum clausula anteferri et aliis clausulis opportunis.

Et si non placet ad illam, supplicat de consimili, spectante ad presentacionem seu quamuis aliam disposicionem coniunctim vel diuisim capitulo cantuariensi, *vel* consimilem episcopi warmiensis, vel consimilem capituli warmiensis. *et sic de aliis dyocesibus, sicut placet.*

Frater Iohannes etc. dilecto in Christo P clerico nostre dyocesis salutem in domino.

Ut a quocunque malueris episcopo rite promoto et sacro sancte romane ecclesie obedienti ad omnes sacros minores et maiores ordines successiue statutis temporibus rite valeas promoueri, tibi et eidem domino episcopo te promoturo promouendi te canonice cum testimonio litterarum presencium, munimine sigilli nostri munitarum, auctoritatem et licenciam concedimus specialem.

1) B hat hier blos: *prouideatur alicui clerico de certo beneficio seu canonicatu.*

2) In B fehlt *et.*

3) B: *Gofridus archidiaconus talis loci.*

4) B: *sancti fredebreti salutem.*

5) B: *firmiter.*

6) A: *litteras et formam.*

7) B: *litteras recepisse quarum tenor talis prout sequitur. M. episcopus. etc. et.*

8) B: *in omnibus exequi.*

si quod vacat ad presens, uel cum vacare contigerit, conferatis alicui, uel ad ipsum aliquem presentetis, aut quemcumque [1]) eligatis ad idem, donec dicto P[2]) secundum mandatum predictum prouiderimus[3]) de beneficio competenti, quod collacioni nostre penitus reseruamus.

Decernimus etenim ex nunc irritum et inane quidquid in contrarium a quocumque contigerit attemptari.[4])

Datum etc.

### b. Forma collacionis beneficii vacantis post dictas inhibicionem reseruacionem decretum.[5])

Vniuersis presentes litteras inspecturis G archydiaconus lewenensis,[6]) executor a sede apostolica deputatus ad prouidendum P de tali loco de beneficio competenti, spectante ad collacionem uel presentacionem[7]) prioris et capituli talis ecclesie, salutem in domino sempiternam.

Olim sanctissimus pater dominus Martinus papa iiii suis nobis dedit litteris in mandatis, ut P predicto prouideremus de aliquo beneficio competenti, spectante ad collacionem presentacionem uel[8]) electionem talis prioris et[9]) decani et capituli.

Quarum auctoritate litterarum inhibuimus[10]) decano et capitulo supradictis, ne beneficium ecclesiasticum ad eorum collacionem presentacionem uel electionem spectans conferrent alicui, donec iam dicto P prouiderimus de aliquo beneficio competenti, quod nostre collacioni immo[11]) apostolice reseruamus,[12]) decernentes nichilominus irritum et inane quidquid in contrarium contingeret attemptari.

Cum autem talis ecclesia, spectans[13]) ad collacionem uel presentacionem decani[14]) et capituli eorundem,[15]) vaccet ad presens per mortem — *uel* resignacionem, *uel* promocionem — ecclesie predicte rectoris, nos volentes dictum mandatum apostolicum, ut tenemur,[16]) exequi reuerenter, ecclesiam[17]) cum omnibus iuribus et pertinenciis suis cum

---

1) B: *quemquam.*
2) B: *donec domino pape.*
3) A: *prouidimus.*
4) B: *a quoquam fuerit attemptatum.*
5) In B fehlt dieses rubrum.
6) B: *talis loci.*
7) B fügt noch *seu electionem* bei.
8) A: *et.* B: *seu.*
9) B: *uel.*
10) B: *inhibemus.*
11) B: *nec non pocius.*
12) A: *seruabamus.*
13) B: *que spectat.*
14) B: *collationem presentationem seu electionem predictorum prioris.*
15) In B fehlt *eorundem.*
16) In B fehlt *ut tenemur.*
17) B: *ecclesiam ipsam.*

plenitudine iuris canonici dicto P qua[1]) fungimur auctoritate conferimus et assignamus, sibique prouidemus de ea, inuestientes ipsum nichilominus per nostrum pilleum presencialiter[2]) de eadem, in contradictores quoslibet et rebelles necnon in omnes et singulos qui eidem P de facto se opposuerint, seu in premissis uel aliquo premissorum ipsum P molestarint, quominus eiusdem ecclesie suorumque[3]) iurium et pertinenciarum omnium pacifica valeat possessione gaudere,. in hiis scriptis exconmunicacionis sentenciam promulgando.

In cuius rei etc.

c. Forma quando mandat ut aliquis recipiatur in canonicum et in fratrem in aliquo certo loco.[4])

Gotfridus etc. sedis apostolice delegatus venerabilibus viris . . decano et capitulo londoniensis ecclesie[5]) salutem et mandatis apostolicis humiliter[6]) obedire.

Noueritis, nos a sede apostolica litteras in forma que sequitur recepisse: *Martinus episcopus etc.*

Volentes igitur mandatum ipsum, ut tenemur, exequi reuerenter, vos et quemlibet vestrum auctoritate apostolica monemus primo secundo et tercio peremptorie, ut dictum P — uel eius procuratorem — infra[7]) vnum mensem a presentacione presencium numerando[8]) recipiatis in vestrum et ecclesie vestre canonicum et in fratrem, eidemque stallum in choro et locum in capitulo assignetis.

Alioquin vos decanum I, M F et C canonicos[9]) ex nunc prout ex tunc, si mandatum nostrum immo pocius apostolicum contempseritis — *uel* non parueritis — auctoritate apostolica exconmunicamus in scriptis,[10]) et ecclesiam vestram ecclesiastico supponimus interdicto.

Inhibemus etiam vobis auctoritate predicta, ne beneficium ecclesiasticum ad vestram collacionem presentacionem seu electionem spectans, si quod in ecclesia vestra[11]) vaccat ad presens, uel quod in eadem primo[12]) vaccare contigerit, conferatis alicui, et[13]) ad ipsum aliquem presentetis, aut

---

1) B: *P apostolica qua.*
2) In B fehlt *presencialiter.*
3) A: *eiusdem suorum.*
4) B: *forma quando quis recipitur ex tunc in canonicum et in fratrem.*
5) B: *capitulo talis loci.*
6) B: *firmiter seu humiliter.*
7) B: *per.*
8) B: *numerandum.*
9) In A fehlt *canonicos.*
10) B: *in his scriptis.*
11) In B fehlt *in ecclesia uestra.*
12) B: *uel quam cito.*
13) B: *uel.*

quemquam eligatis ad idem, donec dictum mandatum apostolicum integraliter fuerit adinpletum,[1]) decernentes nichilominus irritum et inane quidquid in contrarium a quoquam fuerit attemptatum.[2])

d. Collacio facta auctoritate litterarum apostolicarum in forma pauperum concessarum.

Talis executor sedis apostolice[3]) prouido et discreto viro P salutem in domino.

Sanctissimus pater dominus Martinus papa iiii nobis pro te scripsit in forma qua[4]) pro pauperibus clericis scribebat interdum, ut tibi de ecclesiastico beneficio conpetenti cum cura uel sine cura, pertinente[5]) ad collacionem uel presentacionem seu electionem talis, prouidere curemus secundum tue merita probitatis.

Volentes igitur mandatum apostolicum, ut tenemur, exequi reuerenter, de tuis vita et moribus[6]) ac aliis de quibus inquiri mandatur in dictis litteris inquisiuimus diligenter, et quia te inuenimus ydoneum ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, etiam si curam habeat animarum, personam tuam approbantes et reputantes ad hoc ydoneam, ecclesiam de tali loco, spectantem[7]) ad collacionem seu presentacionem dicti talis, que per mortem talis[8]) ipsius ecclesie rectoris vacare dicitur, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis tibi nullum ecclesiasticum beneficium obtinenti iuxta formam dictarum litterarum conferimus apostolica auctoritate, et de ipsa tibi prouidemus, ac te per nostrum anulum inuestimus presencialiter[9]) de eadem, decernentes ex nunc irritum et inane, si quid contra collacionem prouisionem et inuestituram huiusmodi a quocumque[10]) fuerit attemptatum, necnon in contradictores quoslibet et rebelles ac omnes et singulos qui tibi super ipsa ecclesia iuribus et pertinenciis suis de facto se opponerent, aut te in aliquo molestauerint quominus ipsius ecclesie suorumque iurium et pertinenciarum omnium pacifica valeas possessione gaudere, in[11]) hiis scriptis excommunicacionis sentenciam promulgantes.

In cuius rei testimonium etc.

---

1) B: *mandatum integraliter ad impleatis.*
2) B: *a quoquam contigerit attemptari.*
3) B: *Petrus executor a sede apostolica deputatus.*
4) A und B: *quo.*
5) B: *spectante.*
6) B: *tuis uero uita moribus.*
7) B: *ad eam ydoneum de beneficio spectante.*
8) B: *presentationem talis per mortem.*
9) B: *personaliter.*
10) B: *quoquam.*
11) Von hier an ist der schluss des satzes in A ausgefallen.

### e. Qualiter executor scribere debeat quando quis receptus est in ecclesia collata sibi.[1]

Frater I etc. executor domini pape dilectis filiis . . decano et capitulo londoniensi[2] salutem in domino.

Dudum sanctissimi patris nostri domini Martini pape iiii litteras recepimus in hac forma:[3] *Martinus seruus seruorum etc.*

Quarum auctoritate prefatum P in nostrum et ecclesie nostre canonicum recipere[4] fecimus et in fratrem, eidemque stallum in choro et locum in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici duximus assignanda.

Cumque postmodum in eadem ecclesia quedam prebenda vacasset per mortem talis olim ipsius ecclesie canonici, nos autem prebendam ipsam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis P predicto contulimus et assignauimus, sibique de ipsa prouidimus, inuestientes eundem per nostrum anulum presencialiter,[5] necnon in contradictores et rebelles ac omnes et singulos qui eidem P super ipsa prebenda et iuribus et pertinenciis suis de facto se opponerent, seu ipsum in aliquo molestarent super ipsis quominus ipsorum possit pacifica possessione gaudere, in hiis scriptis excommunicacionis sententiam promulgantes.

Quocirca vobis vniuersis et singulis apostolica[6] qua in hac parte auctoritate fungimur mandamus, quatenus eundem P in eadem ecclesia residere paratum ad prebendam ipsam, cottidianas distribuciones et tractatus capituli, ac negocia et tractatus ac ad vniuersa iura que debentur canonico prebendam adepto[7] infra viii dierum terminum post harum presentacionem — quem vobis pro duobus edictis et vno peremptorio assignamus — liberaliter admittatis, sibique de eiusdem prebende fructibus et prouentibus[8] quantum in vobis fuerit plenarie respondere curetis.

Alioquin in te, decane, et singulos[9] canonicos ipsius ecclesie ex nunc in hiis scriptis excommunicacionis sen-

---

1) B: *qualiter scribi debeat quando quis receptus est et collata est sibi ecclesia seu prebenda ut ad eam admittatur.*
2) B: *talis loci.*
3) B: *in hec uerba.*
4) B: *quarum litterarum auctoritate B in uestrum et ecclesie uestre canonicum recipi.*
5) B: *pertinentiis suis inuestientes personaliter de eadem.*
6) In B fehlt *apostolica.*
7) In A fehlt *adepto.*
8) In B fehlt *et prouentibus.*
9) B: *omnes.*

tenciam promulgamus, quam ex tunc eo ipso tu,[1]) decane, et iidem[2]) canonici incurratis, si mandatum nostrum[3]) infra dictum terminum non duxeritis adinplendum. dictamque londoniensem[4]) ecclesiam, quousque in contumacia et pertinacia[5]) ipsa steteritis, ecclesiastico supponimus interdicto, reseruata nobis nichilominus plena et libera potestate prout crediderimus esse iustum alias in dicto negocio procedendi.

In cuius rei etc.[6])

## VII.

### Littere ad dominum cum operis dedicacione.[7])

Reuerendo in Christo patri et domino, suo speciali domino I, dei gracia etc. I[8]) bononiensis notarius seruitorum suorum humillimus cum omni deuocione se ipsum.

Ex nimie deuocionis integritate, qua totaliter cor meum inuoluitur, et instanter ad ea que vestrum honorem inspiciant animus incitatur, sollicite me sollicitat et inducit, paternitatis vestre conmodum totis intendere studiis, et dominacionis profectibus cunctis affectibus aspirare.

Hinc est quod — cum sollempnem vestram curiam deceat, tam in actis causarum conscribendis quam aliis processibus iudicialibus sacrosanctam romanam ecclesiam imitari, cuius stilus et forma non possunt sciri plenarie nisi per illos qui huiusmodi exerciciis dediti in ipsa curia diucius permanserunt, vosque nullum ex talibus ad presens habeatis[9]) vobiscum — proposui et propositum per dei graciam compleui, vobis aliquod opusculum scribere, per quod possint in predictis exercitacionibus instrui et secundum modum romane curie informari omnes qui in dicta

---

1) A: *ipse te.*

2) B: *omnes.*

3) B fügt noch bei: *immo pocius apostolicum.*

4) B: *lugdonensem.*

5) B: *quousque impertinencia.*

6) B: *rei testimonium presentes litteras eidem* B *etc. datum etc.*

Von der alten hand ist unmittelbar daran geschrieben: *anno domini m. cc. lxxxix. v* (mit übergeschriebenem offenem *a*) *die in fine madii apud raetam uiuente nicolao papa iiii.*

Hiemit schliesst auch nach den vorbemerkungen s. 597 die handschrift B selbst.

7) Cod. *dilacione.*

Dieses übermittelungsschreiben des Iohann von Bologna an den erzbischof Iohann Peckam von Canterbury findet sich nach dem schlusse der vorhergehenden note natürlich nur in der handschrift A.

8) Die handschrift hat hier *G.*

9) Cod. *habeatur.*

paternitatis vestre curia tabellionatus exercent officium aut alias notariorum locum obtinent in eadem.

Est[1]) igitur quod per magistrum Philippum laudabilem pugilem in vestris negociis conprobatum vobis opusculum illud mitto, vestre vestrorumque sapientum vobis assistencium discrecionis lima limandum.

Et per vos et eos ex ipso resecentur[2]) superflua, et que desunt subtilioris inuestigacionis ingenio suppleantur. amen.[3])

---

1) Cod. *et*.

2) Cod. *recensentur*.

3) In der handschrift A folgen nunmehr von derselben hand fol. 49 sp. 2. bis fol. 50 sp. 1 noch drei weitere muster, nämlich

1. ein instrumentum mutui contracti in romana curia,
2. ein instrumentum solutionis debiti.
3. ein instrumentum donationis inter vivos,

welche wir aus dem in den vorbemerkungen angegebenen grunde gleich daselbst s. 599—602 zum abdrucke gebracht haben.

# XIII.

# Formelbuch aus Baumgartenberg.

Digitized by Google

# Vorbemerkungen.

In der einleitung schon musste der compilation, von welcher nunmehr zu handeln ist, als einer hervorragenden erscheinung auf dem gebiete des formelwesens erwähnung geschehen. auch in den vorbemerkungen zu der sächsischen summa prosarum dictaminis s. 205 bis 207, und jenen zu dem werke des Ludolf von Hildesheim s. 355 bis 357 war bereits wenigstens von einem ihrer hauptbestandtheile zu sprechen.

Deren lassen sich im ganzen jedenfalls sechs ohne alle und jede schwierigkeit ausscheiden.

Der erste gleich behandelt die eigentliche ars dictandi mit den mehrfach erwähnten fünf partes der epistola oder des dictamen, und darunter mit grosser ausführlichkeit die lehre von der salutatio, welche in fünf besonderen tabulae von kaiser und pabst angefangen bis zu den untersten schichten der gesellschaft veranschaulicht wird.

Den zweiten theil bilden die bekannten litterae quae a curiis principum dari consueverunt in ihrer früher schon — beispielsweise auf seite 206 und 207 — aufgeführten reihenfolge, im grossen ganzen eigentlich der abschnitt V der summa dictaminum des meisters Ludolf, nur mit umgangnahme von den privilegien.

Für deren einlässliche behandlung ist nämlich der dritte theil bestimmt. er enthält zunächst eine höchst wichtige einleitung de quibusdam incidentiis quarum cognitio est valde necessaria antequam perveniatur ad declaracionem privilegiorum in

quorum formis saepe reperiuntur. primo de cognitione et differentia iuris dotalitii. item de jure patronatus et ejus speciebus. item de formis testamentorum et eorum speciebus. item de arbitris et formis arbitriorum. item de formis exemplandi litteras. item de procuratione. item de irregularitatibus et earum differentiis. item de praescriptionibus et formis earum et cavillationibus praescriptionum. item in quibus litteris ponendi sint anni incarnationis. de differentia inter actum et datum. item de formis credentiarum. item de jure advocatiarum et earum differentiis. item de significatione seu interpretatione hujus nominis „census" et ejus diversitate. daran schliesst sich nunmehr die lehre der privilegien selbst mit den betreffenden mustern. hier tritt ganz entschieden eine besondere rücksichtnahme für Oesterreich, und zwar namentlich auf Wien, wie auch einmal auf Linz hervor. und wahrscheinlich ist diese ganze abhandlung — was den abschnitt von den privilegien betrifft, allerdings mit sichtlicher benützung früherer schriften darüber, wie insbesondere der sächsischen summa prosarum dictaminis und der summa dictaminum des Ludolf — von einem österreichischen notar abgefasst, welcher zugleich in den verhältnissen von Mähren bewandert war.

Nachdem im vierten theile eine grosse auswahl von eingangsweisen aller möglichen schreiben den notaren zur verfügung gestellt ist, folgt im fünften die gewaltige mustersammlung, ganz vorzugsweise der zeit des Rudolf von Habsburg angehörig. primo quidem — äussert sich ihr anleger selbst — epistolas ecclesiasticas, utpote papales quascunque huiusmodi formas reperi, sub immediata quadam continuatione ordinarie collocavi. deinde litteras imperatorum et regum romanorum eo modo, nullis aliis mediantibus, continuavi. postea formas exemtionum et libertatum quae solent dari subditis ab eisdem imperatoribus et regibus sive aliis principibus tam ecclesiasticis quam saecularibus. ultimo posui diversarum materiarum litteras generales. so in den eingangsworten

zur pars principalis quarta. kürzer dagegen bemerkt er im vorworte zur pars principalis quinta selbst: primo ponuntur litterae papales tamquam spirituales. secundo imperatorum et regum romanorum tamquam saeculares. post haec libertatum litterae. ultimo generales.

Den sechsten und letzten theil endlich bildet — wenigstens in dreien unserer handschriften[1]) und in einem

1) In der einen aus ihnen, nämlich in B, finden sich sogar ganz am schlusse des werkes, unmittelbar an die letzten worte des ordo judiciarius von derselben hand förmlich als dazu gehörig angezeigt, auf fol. 117 sp. 2 und fol. 117′ sp. 1 noch folgende zwei muster:

Exordium papale super bono pacis.

Supra kathedram preminencie pastoralis diuina disponente clemencia constituti, etsi multis et arduis que in amplum romane curie alueum confluunt quasi torrens pregrauemur negociis, curis excitemur innumeris, cogitacionibus plurimis distrahamur, circa illud tamen feruentibus votis intendimus, vacamus instancius, ac operose sollicitudinis studium inpertimur, vt ad diuini nominis gloriam, exaltacionem katholice fidei, et perfectum fidelium animarum, precisis radicitus dissidiorum vepribus, litigiorum amfractibus omnino subductis, inter ecclesiarum antistites ad curam et regimen gregis diuini deputatos ceterasque personas quas ordo clericalis includit pacis tranquillitas vigeat, feruor caritatis exestuet, inualescat concordie vnitas, animorum ydemptitas perseueret. scimus enim, et ex euidencia facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore bene colitur pacis auctor. nec ignoramus, quod dissensiones et scandala prauis actibus aditum preparant, rancores et odia suscitant, illicitis motibus ausum prebent. nichil obediencia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset.

Forma composicionis super lite parcium aliquarum.

Nos talis prelatus tenore presencium profitemur, quod — cum inter talem N ex vna et . . ex parte altera multis temporibus altercacio verteretur — nos volentes quantum nobis conpetit ipsorum tranquillitati intendere et quieti, ac predictas sopire discordias, partibus in nostra presencia constitutis, parcium earundem vtrimque audiuimus raciones.

Que tandem de conmuni consensu et spontanea voluntate nostro se arbitrio submiserunt, petentes quatenus de prudentum consilio litem sev altercacionem huiusmodi finiremus.

Quorum supplicacionibus inclinati, onus ipsum pro bono pacis et concordie assumpsimus, et summatim examinauimus singula que partes proponere habuerunt, diffinientes questionem eiusmodi in hunc modum.

codex von Zwetl — nach einer hübschen zusammenstellung kurzer rechtsregeln ein vollständiges processlehrbuch oder ein ordo judiciarius, welchem am schlusse unserer sammlung von briefstellern und formelbüchern eine stelle angewiesen worden ist.

Was nun den verfasser dieser compilation wie ihre heimat anlangt, werden wir in dem werke selbst zunächst auf ein cisterzienserkloster, genauer auf Baumgartenberg bei Linz, und auf einen der mönche in demselben hingewiesen. gleich in der tertia tabula salutationum vernehmen wir über die art und weise quomodo abbates cysterciensis ordinis inter se salutant folgendes. abbates cysterciensis ordinis qui sunt pares, ita quod alter alteri racione filiacionis non subest, sic sibi scribunt: *carissimo ac venerabili in Christo patri domino .. claraeuallensi abbati frater B dictus abbas*[2]) *Morimundi salutem ac sinceram in domino caritatem.* patres vero abbates suis filiis abbatibus sic: *dilecto ac carissimo in Christo filio domino venerabili coabbati suo in Povmgartinperg frater B dictus*[3]) *abbas sanctae Crucis filialem* — vel *debite dilectionis* — *constanciam et salutem.* filii vero abbates suis patribus sic: *reuerendo in Christo patri et domino B venerabili abbati sancte Crucis Fridericus dictus abbas in Povmgartinperg*[4]) *subjectionem in omnibus tam humilem quam deuotam.*[5]) iste est modus cysterciensium abbatum inter se inuariabilis omni vice. und in der abhandlung de modo exemplandi litteras wird nachstehendes bemerkt. notandum etiam, quod quandoque vnus ordo totus simul — sicut noster videlicet cysterciensis — vno gaudet priuilegio generaliter de aliquo papa vel imperatore super aliqua gracia vel libertate. et si id priuilegium domus nostra — scilicet Povmgartinperg — non haberet, set

---

2) B und C: *frater M abbas.*

3) B und C: *domino L abbati in Paungartenperg frater R.*

4) B und C: *domino L* (B: *B*) *venerabili abbati talis loci frater O abbas talis ecclesiae.*

5) B und C: *condignam.*

forsan habere vellet, possemus id de alia domo nostri ordinis accipere quae illud haberet.

Was die zeit der entstehung unseres werkes in seiner jetzt vorliegenden gestalt betrifft, darf natürlich nicht übersehen werden, dass wir es mit einer grossen compilation von schriften nicht eines und desselben jahrzehents oder auch nicht einmal jahrhunderts zu thun haben. der vierte hauptbestandtheil, die nicht unbedeutende sammlung von exordien und prooemien, bietet naturgemäss keinen anhaltspunkt für eine genauere altersbestimmung. entgegen ist im zweiten die summa dictaminum des Ludolf deutlich zu erkennen, welche nach den früheren bemerkungen hierüber, seite 353—355, bald nach der mitte des dreizehnten jahrhunderts fallen dürfte. auch das prozesslehrbuch, welches den sechsten hauptbestandtheil bildet, gehört diesem jahrhunderte an. nicht minder die gewaltige, den fünften hauptbestandtheil des ganzen bildende mustersammlung. es fragt sich demnach noch darum, ob man aus den beiden noch übrigen hauptbestandtheilen auf ein anderes ergebniss gelangen kann. aus dem ersten wird sich eine ganz bestimmte angabe dafür kaum beibringen lassen. im dritten dagegen stossen wir — und zwar gerade in der von uns zur grundlage des textes gewählten handschrift A — nicht allein auf persönlichkeiten, welche schon auf dem übergange vom dreizehnten in das folgende jahrhundert stehen, sondern es ist auch einmal in der lehre von den testamenten die jahrzahl 1302 ausgesetzt. nun aber ist gerade dieser dritte theil derjenige, welcher die entschiedenste rücksichtnahme auf Oesterreich kund gibt, worin eben auch der entstehungsort der ganzen compilation, das kloster Baumgartenberg, gelegen ist. unter den dortigen schätzen hatte man sicher eine nicht unbedeutende auswahl von älterem und neuerem stoff für briefsteller und formelbücher. auch wird kaum ernstlich zu bezweifeln sein, dass man daselbst viel leichter als anderswo in den besitz einer hübschen sammlung von schreiben aus der kanzlei des königs Rudolf gelangen konnte, welche eben in

dem grossen musterbuche des fünften hauptbestandtheiles eine hauptrolle spielen. sind wir dadurch allein schon an das ende des dreizehnten jahrhunderts geführt, sollte es dann unmöglich sein, dass die vollendung des ganzen, wie es uns vorliegt, ebensogut und vielleicht eher noch in den ersten anfang des folgenden jahrhunderts fallen mag? wozu auch die bemerkte jahrzahl 1302 ganz gut passt.

Dieses ergebniss genügt für unseren zweck der theilweisen herausgabe des baumgartenberger werkes als einer äusserst wichtigen quelle auf dem felde der briefsteller und formelbücher. nicht so natürlich für die kritische behandlung desselben. eine erschöpfende untersuchung über das ganze müsste eben die einzelnen vorhin ausgeschiedenen bestandtheile je für sich einer eingehenden prüfung unterwerfen. hiebei liesse sich, abgesehen von anderem, ohne zweifel über zwei gegenstände von nicht geringer bedeutung zu einem genaueren einblicke gelangen. sind nämlich auf der einen seite sämmtliche in den codices epistolares des habsburgischen Rudolf von Cenni und Gerbert sowie eine sehr grosse anzahl der von Bodmann und Stobbe mitgetheilten briefe in der grossen mustersammlung unseres werkes enthalten, so lässt es sich im zusammenhalte mit anderen derartigen erscheinungen jener zeit ganz trefflich dazu benützen, nachdem man für die geschichte des genannten königs durch Böhmer und Kopp so feste grundlagen gewonnen, auch die briefe desselben möglichst vollständig zu erlangen und sie mit sicherheit seinen regesten einzureihen. auf der anderen seite aber wirft sich beim dritten hauptbestandtheile, nämlich jenem welcher über verschiedene für das notariat wichtige incidentien handelt, und in welchem mehrfach eine besondere rücksichtnahme auf verhältnisse von Mähren nicht zu verkennen ist, die für das deutsche recht gewiss nicht uninteressante frage seines vordringens nach dem osten und insbesondere nach Mähren auf, wofür ja bereits in Rösslers „deutschen rechts-

denkmälern aus Böhmen und Mähren“ eine ausgezeichnete vorarbeit[6]) bekannt ist.

Was die handschriften anlangt, welche für den nachfolgenden abdruck benützt werden konnten, standen uns deren fünf zur verfügung, wovon drei hiesige und ein uns freundlichst mitgetheilter codex der kaiserlichen bibliothek zu Wien auf pergament wohl um die mitte des vierzehnten jahrhunderts geschrieben sind, während eine uns von dem hochwürdigsten prälaten von Vorau zugesendete papierhandschrift dem fünfzehnten angehört. ein weiterer dem cisterzienserstifte Zwetl zugehöriger pergamentcodex des vierzehnten jahrhunderts war gerade zur zeit unserer untersuchung nach Wien geliehen worden, so dass wir bezüglich seiner uns hier fast lediglich auf die bemerkung im archive der gesellschaft für ältere deutsche geschichtkunde, X seite 611, beschränken müssen, er stimme mit der wiener handschrift überein.

Zu grunde gelegt haben wir als A den aus dem ehemaligen kloster Aldersbach stammenden nunmehrigen cod. lat. mon. 2697 von fol. 1 bis 40′, welcher den korrektesten text liefert, aber leider am schlusse des dritten quinterns mit den worten status sui dignitatem in III. B 6 abbricht, und erst mit der num. 227 der grossen mustersammlung in V am folgenden quintern wieder beginnt, welcher abermals der fortsetzung entbehrt und im ordo judiciarius in der appellationsformel mit den worten iterum provoco et appello abbricht. gegenüber den anderen codices ist noch namentlich von dieser handschrift zu erwähnen, dass sie durchgehends in ihrem regelmässig fortlaufenden texte theils blos einfach erläuternde, zum theil auch vollständig neue einschiebungen von einzelnen worten wie ganzen sätzen hat, vielleicht entstanden aus randbemerkungen in dem ihr vorgelegenen originale, welche wir durch anwendung durchschossener schrift dem auge auf den ersten blick kenntlich gemacht haben.

6) Vergl. beispielsweise im zweiten bande den ersten anhang zur einleitung „über die quellen des deutschen rechts in Mähren“ s. C—CXII.

Sehr grosse übereinstimmung im texte namentlich der ersten vier hauptbestandtheile zeigen die handschriften B und C.

Die erstere, der cod. lat. mon. 16125 fol. 1 bis 117', entstammt dem ehemaligen kloster sanct Nicola bei Passau. sie ist sehr gleichmässig und schön in zwei spalten, und zwar in der mustersammlung von fol. 68 sp. 1 bis fol. 83' sp. 2 von einer anderen weniger hübschen hand, geschrieben. überhaupt bietet sich hier, gegenüber dem codex C, eine hauptverschiedenheit darin, dass ein nicht einmal unbedeutender theil der beispiele fehlt, aber nicht etwa — wie man auf die erste wahrnehmung hievon muthmassen könnte — aus bequemlichkeit oder nachlässigkeit des schreibers, sondern wie es scheint, mit der bestimmten absicht einer auswahl, indem sich bei den rubra die zahl der distinctionen der ganzen mustersammlung selbst immer richtig angemerkt findet. der ganze sachverhalt in dieser beziehung ist aus der vergleichenden tabelle zu ersehen, welche wir dem genannten hauptbestandtheile voranschicken.

Aus ihr ist auch der ganze reichthum dieses hauptbestandtheiles — freilich in einer ganz besonderen reihenfolge [7]) — in der handschrift C zu erkennen, dem im archive der gesellschaft für ältere deutsche geschichtkunde X s. 505 bis 518 näher beschriebenen cod. philol. 69 oder jetzt 409 der kaiserlichen bibliothek zu Wien, welcher ausserdem von fol. 1 sp. 2 bis fol. 5' sp. 1 des vorne eingehefteten nunmehrigen ersten quaterns von der auf fol. 9 sp. 1 beginnenden eigentlichen handschrift ein genaues register aller einzelnen musterstücke enthält, welches wir bei der unthunlichkeit des abdruckes der ganzen mustersammlung selbst unmittelbar nach der genannten tabelle dem leser mittheilen. weiter findet sich in dieser handschrift von fol. 61 an statt der proverbia seu regulae juris und statt des schliessenden prozesslehrbuches, welches ganz

7) Sie ist zur genüge aus dem archive der gesellschaft für ältere deutsche geschichtkunde X seite 507 – 516, wie insbesondere aus der dritten spalte der vorhin bemerkten vergleichenden tabelle zu ersehen.

und gar fehlt, nach wenigen exordien von der gleichen hand, welche schon auf fol. 52′ sp. 1 in der mitte die erste abgelöst hat, noch eine ziemliche zahl von schreiben — wie es scheint 64 im ganzen — höchster und hoher weltlicher wie kirchlicher würdenträger. [8]) in welchem verhältnisse sie zu den anderen stehen? wir wissen es nicht.

Bemerkenswerth ist es, dass zwar nicht die übrigen handschriften sie geben, wohl aber D, der nicht foliirte und nicht paginirte papiercodex zu Vorau, bezeichnet MSS. N. LXX, welcher ohne eine spur von den ersten drei hauptbestandtheilen, noch auch von den kurzen rechtsregeln wie vom ordo judiciarius, ohne alle und jede einzeichnung von rubriken lediglich mit rothen initialen bei den einzelnen stücken mit dem vorworte des vierten theiles beginnt, dann regelmässig wie A B und C fortläuft, und weiter insbesondere unsere mustersammlung in der mit B zusammenstimmenden reihefolge enthält, jedoch vollständig ohne die dort vorgenommenen auslassungen, so dass unsere früher erwähnte tabelle eben nach dieser reihenfolge eingerichtet ist, welche sogleich auf den ersten blick von der handschrift C grosse abweichung zeigt, so dass die bemerkung im archive der gesellschaft für ältere deutsche geschichtkunde X s. 628, die sammlung selbst sei vollkommen übereinstimmend mit der zuletzt genannten handschrift, nicht auf die form sondern auf den inhalt zu beziehen sein wird.

Lediglich ein bruchstück, aber keineswegs ohne bedeutung, bietet uns endlich E, ein quintern des schon unter A aufgeführten cod. lat. mon. 2697 von fol. 41 bis 50′, unten am rande von der gleichen hand mit der zahl xiii versehen. er beginnt mit den endworten der num. 231 der grossen mustersammlung: considera et perpende, quid ex huiusmodi evagatione tibi possit accedere dedecoris, quid ruboris, und läuft dann regelmässig fort bis zum ende des ordo judiciarius, worauf noch die schlussworte explicit totum folgen, und die beiden verse:

8) Sie sind ebendort s. 516 und 517 im allgemeinen verzeichnet.

explicit iste liber. sit scriptor crimine liber.
finito libro sit laus et gloria Christo.

Was endlich den nunmehr folgenden abdruck des baumgartenberger formelbuches anlangt, sind blos zwei punkte besonders zu bemerken. da nämlich der zweite hauptbestandtheil im grossen ganzen eigentlich nur der abschnitt V der summa dictaminum des Ludolf von Hildesheim ohne die lehre von den privilegien ist, und dort bereits zur berücksichtigung gekommen ist, genügte hier bei den einzelnen daselbst schon berührten kapiteln die einfache verweisung auf jene summa. was anderntheils die grosse mustersammlung betrifft, konnte natürlich schon bei dem hier zugemessenen raume von ihrem abdrucke [9]) keine rede sein, ist aber den forschern auf diesem felde durch die zur näheren kunde eben dieses fünften hauptbestandtheiles eingefügte vergleichende tabelle wie das genaue register der einzelnen stücke nach der handschrift C mit der angabe von je ihren anfängen und der bezeichnung ihrer stelle in den einzelnen handschriften deren rasche benützung selbst so weit als möglich erleichtert.

9) Selber ist indessen von Baerwald in seiner am sylvesterabend 1858 mitgetheilten abhandlung „zur charakteristik und kritik mittelalterlicher formelbücher“ s. 9 note * in aussicht gestellt, woselbst er von unserer sammlung bemerkt: ich hoffe in kürzester frist dieselbe in ihrem ganzen umfange veröffentlichen zu können.

# Incipit formularius de modo prosandi.[1])

## Pars principalis prima.

### 1.

Ad habendam preclaram dilucidamque formam dictaminis prosaici, prout[2]) modernis placuit vsusque presentis temporis approbauit, sciendum quod circa principium eiusdem facultatis v specialiter sunt notanda. primo quid sit dictare. secundo quid sit dictamen. tercio quare sic dicatur.[3]) quarto que sit causa inuencionis huius. quinto que et quot sint eius species. nunc de singulis videamus.

Dictare est animi concepcionem recta ordinacione verborum[4]) explicare.

Dictamen est digna verborum et artificiosa congeries cum pondere sentenciarum, nichil in se habens[5]) diminutum, nichil[6]) continens penitus ociosum.

Dictamen igitur sic dicitur a dictando sev a ponendo, eo quod sit quedam literalis edicio, diversarum personarum capax, venustate verborum egregia, sentenciarum coloribus adornata.

Causa autem adinuencionis[7]) huius fuit duplex. prima, vt per dictamen sev epistolam amicorum secreta celarentur. vnde dicitur epystola ab epystolon grece, quod latine dicitur abscondo. secunda est, vt melius exprimat que mandantur. nuncius quidem intricatis sibi negociis conmissis omnium forte conmissorum meminisse non posset.[8]) omnium enim habere memoriam et in nullo hesitare pocius diuinitatis quam humanitatis. et sic epistola potest dici ab epy

---

1) In B und natürlich in D und E fehlt diese hauptüberschrift.
2) C: *ut.*
3) A: *dictatur.*
4) In C fehlt *verborum.* A hat *verborumque.*
5) B und C: *retinens.*
6) C: *diminutum. diminutum nichil.*
7) B und C: *inuencionis.*
8) B und C: *potuit.*

quod est supra, et stolon quod est missio, eo quod supra id quod nuncius profert[1]) mittentis affectum declarat.

Sunt autem tres species dictaminis: prosaicum, metricum, et ritmicum. inuenitur etiam prosimetricum, quod constat ex metris et prosa, vt dictamen Boetij in quibusdam. set obmissis aliis de solo prosaico videamus.

2.

Vnde sciendum, quod dictamen epistola karta litera vel litere quantum ad presens opusculum vnum sunt vt synonima, et alterum pro altero indifferenter ponitur.

Epystola igitur est libellus absenti vel absentibus destinatus. et deriuatur vt supra tactum est.

Est autem certis ex causis inuenta epistola, vt supra dictum est.

3.

Partes epistole sunt v. scilicet salutacio, exordium siue beniuolencie captacio, narracio, peticio, et conclusio.

Ad minus autem de hiis v partibus ponende sunt due in omni epistola, salutacio cum narracione, vel salutacio cum peticione.

A.

Primo ergo de salutacione videamus.

Salutacio est salutis adopcio,[2]) largo sumpto vocabulo, quoniam — licet salutacio non semper in se salutem contineat,[3]) vt dum scribit inimicus inimico — tamen salutacio est dicenda quodammodo, dum inimicus alloquitur inimicum.

Notandum autem, quod in omni salutacione verbum tacetur, vel propter nimium[4]) affectum scribentis, vel propter curialitatem, ita tamen vt aliquod istorum verborum semper subintelligatur: optat, mandat, *vel* mittit, et cetera similia.

In salutacione ista sunt consideranda, que sit persona mittentis, et que recipientis, quoniam salutacio non debet a situ vel dignitate personarum discrepare, set debet cuilibet[5]) persone additam sibi conuenienciam cum debita adiectiuorum apposicione assignare, vt si scribatur literato

---

1) A und B: *posset*. In C fehlt dieser ganze satz, welcher auch in B von der gleichen hand erst mit der abänderung *quod forsitan nuncius* an den rand bemerkt ist.

2) B: *adoptacio*.

3) B und C: *retineat*.

4) C: *minus*.

5) A: *cuiuslibet*.

ponantur adiectiua de literatura, nobili de nobilitate, et sic de aliis, sicut patebit plenius inferius, vbi agetur de formis omnium salutacionum.

Sciendum, quod nomen persone recipientis debet poni in datiuo casu, nomen mittentis in nominatiuo[1]) casu et in tercia persona.

In salutacione non debent poni verba que pertineant[2]) ad laudem mittentis, set pocius recipientis, cum scriptum sit: os te laudet alienum, non tuum.

Item in salutacione semper debet apponi nomen persone,[3]) nomen dignitatis, nomen officii, vt infra in formis salutacionum patebit.

Sciendum, quod quatuor de causis proprium nomen[4]) in salutacione tacetur. primo ex eo cum non persone set dignitati scribitur. secundo quando nomen proprium ignoratur.[5]) tercio quando duobus equalibus scribitur, ne si vnus prius[6]) ponatur alteri fiat iniuria: et tunc dignitas vel officium supplet defectum nominis. quarto propter confusionem vitandam, vt quando scribitur congregacioni vel multitudini. de hiis omnibus experiri potes infra in formis salutacionum.

Salutacio vero diuersificatur secundum diuersitatem personarum. que triplex est: maior scilicet, media, et minor. et hoc tam in clero quam extra clerum.

Maiores persone in clero sunt apostolicus, patriarche, primates, cardinales, archiepiscopi, episcopi, regales abbates. medie persone in clero vt abbates simplices, prepositi, priores, primicerii, archidiaconi, decani, canonici seculares, et omnes clerici habentes dignitates. minor persona in clero vt simplices plebani, sacerdotes qualescunque, et scolastici, et omnes karacterem habentes clericalem.

Maiores persone in seculo sunt vt imperatores, cuiuslibet[7]) sint condicionis, et omnes reges coronati. medie persone vt duces, marchiones, comites, liberi, barones, capitanei urbium, et omnes layci habentes dignitates, vt milites simplices, sev quocunque ingenuitatis tytulo insi-

---

1) A: *sico* mit dem abkürzungsstriche über *co*.
2) B und C: *pertinent*.
3) B hat am rande die bemerkung: *tam mittentis quam recipientis quando scitur*.
4) B bemerkt am rande wieder von der gleichen hand: *persone recipientis*.
5) B setzt gleichfalls am rande bei: *et tunc pro ipso proprio nomine duo puncta poni debent*.
6) A: *primo*.
7) B und C: *cuiuscumque*.

gniti, vt ciues sollempnes. minor persona in seculo vt mercatores, ciues simplices, et artis mechanice professores, et omnes consimiles carentes dignitatibus.

Sciendum etiam, quod aliquibus ex causis quandoque tacetur in epystola salutacio. primo quando scribentes se nolunt manifestare. item quandoque formidant de furto vel alio malo casu publicari. vel quando mortem alicuius scribunt. siue ob aliam turpem casum vel causam. tacetur etiam in litteris commendatoriis vel conductus. que omnes dicuntur litere generales, et incipiunt sic: *nouerint vniuersi ad quos* — vel *ad quorum audienciam* — *venerit presens scriptum.*

In cognoscendis igitur formis omnium salutacionum quedam pònuntur hic preambula diligentissime a notariis obseruanda.

Et sciendum[1]) primo est, quod si par pari scribat, persona recipientis preponitur. exemplum. *venerabili in Christo patri et domino A*[2]) *dei gracia hostiensis ecclesie episcopo Rudgerus*[3]) *eadem gracia patauiensis ecclesie episcopus salutem et sinceram in domino caritatem.*

Si vero maior minori sev minor maiori scribat, maior semper persona prefertur. et hoc tenendum est tam in ordine ecclesiastico quam etiam seculari.

Item quidam dicere voluerunt, quod — cum minor suo scribit maiori — semper debeat salutacio causa subiectionis[4]) reticeri. quod non est verum, nisi ille cui scribitur sit summe maior, vt cum episcopus vel alter quicunque scribit domino pape. si autem persona recipiens sit mediocriter maior, vt si aliquis episcopus scribat suo metropolitano, salutacio congrue poni debet.[5]) set inspecta mera veritate papam etiam[6]) quisque salutare[7]) posset, si non vsus solummodo repugnaret, qui est in talibus obseruandus.

Item si mediocris persona suo minori scripserit, modus iste relinquitur arbitrio dictatoris, vt si notarius aliquis scribat alicui scriptori.

Item vbi sibi scribunt manifesti[8]) inimici, semper persona mittentis preponitur, prout in formis salutacionum patebit.

---

1) B und C: *notandum.*
2) B und C haben: *H.*
3) B und C haben blos: *R.*
4) B und C: *excellencie.*
5) B und C: *potest.*
6) B und C: *et etiam.*
7) B: *papa et etiam vnusquisque salutari.*
8) B und C: *perfecti.*

Nota quod maior persona in clero et extra clerum de se et de suo pari debet dicere in salutacione *dei gracia*, excepto domino apostolico qui nec de se nec de aliis dicit *dei gracia*. quedam tamen consuetudo inoleuit, quod fere omnes medie persone tam in clero, vt abbates simplices et prepositi, et extra clerum, vt duces et marchiones, de se scribant *dei gracia*, vel *miseracione diuina*. set in hoc consuetudo arti preualuit.

Nunc de formis salutacionum singulariter et exemplariter videamus. quas per v tabulas inuenies hic distinctas.

### *a.* Incipit prima tabula salutacionum. [1]

| 155. | 133. 2. dist. 103. fol. 85'. 1. | 125. fol. 45. 2. (3. c. 56.) | 155. | 191. |

| Num. | B. | C. | D. | Cur. reg. | Albr. |
|---|---|---|---|---|---|
| 156. | 134. 2. dist. 104. fol. 85'. 2. | 126. fol. 45'. 1. (3. c. 57.) | 156. | 269. | ?22. |
| 157. | 135. 2. dist. 105. fol. 86. 1. | 209. fol. 56'. 1. (5. c. 31.) | 157. | 237. | |
| 158. | 136. 2. dist. 106. fol. 86. 2. | 127. fol. 45'. 1. (3. c. 58.) | 158. | 272. | |
| 159. | 137. 2. dist. 107. fol. 86'. 1. | 128. fol. 45'. 2. (3. c. 59.) | 159. | | |
| 160. | 138. 2. dist. 108. fol. 87. 1. | 210. fol. 56'. 1. (5. c. 32.) | 160. | | |
| 161. | 139. 2. dist. 109. fol. 87. 2. | 129. fol. 46. 1. (3. c. 60.) | 161. | 274. | |
| 162. | 140. 2. dist. 110. fol. 87'. 1. | 130. fol. 46. 1. (3. c. 61.) | 162. | 275. | |
| 163. | 141. 2. dist. 111. fol. 87'. 1. | 131. fol. 46. 1. (3. c. 62.) | 163. | 283. | |
| 164. | 142. 2. dist. 112. fol. 88. 1. | 132. fol. 46. 2. (3. c. 63.) | 164. | 290. | |
| 165. | 143. 2. dist. 113. fol. 88. 2. | 133. fol. 46. 2. (3. c. 64.) | 165. | | |
| 166. | 144. 2. dist. 114. fol. 88'. 1. | 211. fol. 56'. 1. (5. c. 33.) | 166. | 285. | |
| 167. | 145. 2 dist 115. fol. 88'. 2. | 179. 212. fol. 51'. 2. und 56'. 2. (5. c. 1 und 34.) | 167. | 280. | |

| Num. | B. | C. | D. | Cur. reg. |
|---|---|---|---|---|
| 168. | 146. 2. dist. 116. fol. 89. 2. | 178. 213. fol. 51'. 2. und 57. 1. (4. c. 45. und 5. c. 35.) | 168. | |
| 169. | 147. 2. dist. 117. fol. 89'. 1. | 214. fol. 57. 1. (5. c. 36.) | 169. | 217. |
| 170. | 148. 2. dist. 118. fol. 89'. 2. | 215. fol. 57. 2. (5. c. 37.) | 170. | 228. |
| 171. | 149. 2. dist. 119. fol. 90. 1. | 216. fol. 57. 2. (5. c. 38.) | 171. | 232. |
| 172. | 150. 2. dist. 120. fol. 90. 1. | 217. fol. 57'. 1. (5. c. 39.) | 172. | 233. |
| 173. | 151. 2. dist 121. fol. 90. 2. | 218. fol. 57'. 1. (5. c. 40.) | 173 | 264. |
| 174. | 152. 2. dist. 122. fol. 90'. 1. | 219. fol. 57'. 1. (5. c. 41.) | 174. | 265. |
| 175. | 153. 2. dist. 123. fol. 90'. 2. | 220. fol. 57'. 2. (5 c. 42.) | 175. | 266. |
| 176. | 154. 2. dist. 124. fol. 91. 1. | 221. fol. 57'. 2. (5. c. 43.) | 176. | 238. |
| 177. | 155. 2. dist. 125. fol. 91. 2. | 222. fol. 58. 1. (5. c. 44.) | 177. | |
| 178. | 158. 3. dist. 1. fol. 92. 1. | 134. fol. 46'. 1. (4. c. 1.) | 178. | |
| 179 | 159. 3. dist. 2 fol. 92. 2. | 135. fol. 46'. 1. (4. c. 2.) | 179. | ? 137. |
| 180. | 160. 3. dist. 3. fol. 92'. 2. | 136. fol. 46'. 2. (4. c. 3.) | 180. | 146. |
| 181. | 161. 3. dist. 4. fol. 92'. 2. | 137. fol. 46'. 2. (4. c. 4.) | 181. | |
| 182. | 162. 3. dist. 5. fol. 93. 1. | 138. fol. 47. 1. (4. c. 5.) | 182. | |
| 183. | 163. 3. dist. 6. fol. 93'. 1. | 223. fol. 58. 2. (5. c. 45.) | 183. | 206. |
| 184. | 164. 3. dist. 7. fol. 93'. 2. | 224. fol. 58. 2. (5. c. 46.) | 184. | 257. |
| 185. | 165. 3. dist. 8. fol. 94. 1. | 225. fol. 58'. 1. (5. c. 47.) | 185. | |
| 186. | 166. 3. dist. 9. fol. 94. 2. | 226. fol. 58'. 1. (5. c. 48.) | 186. | |
| 187. | 167. 3. dist. 10. fol. 94'. 1. | 172. fol. 51. 1. (4. c. 39.) | 187. | |
| 188. | 168. 3. dist. 11. fol. 95. 1. | 173. fol. 51. 2. (4. c. 40.) | 188. | 244. |
| 189. | 169. 3. dist. 12. fol. 95. 2. | 174. fol. 51. 2. (4. c. 41.) | 189. | 245. |
| 190. | 170. 3. dist. 13. fol. 95. 2. | 175. fol. 51. 2. (4. c. 42.) | 190. | |

Digitized by Google

| Num. | B. | C. | D. | Cur. reg. |
|---|---|---|---|---|
| 191. | 171. 3. dist. 14. fol. 95'. 2. | 230. fol. 59. 1 (5. c. 52.) | 191. | |
| 192. | 172. 3. dist. 15. fol. 95. 2. | 176. fol. 51'. 1. (4. c. 43.) | 192. | |
| 193. | 173. 3. dist. 16. fol. 96. 1. | 177. fol. 51'. 1. (4. c. 44.) | 193. | |
| 194. | 174. 4. dist. 1. fol. 96'. 1. | 231. fol. 59. 2. (5. c. 53.) | 194. | 68. |
| 195. | 175. 4. dist. 2. fol. 96'. 2 | 139. fol. 47. 1. (4. c. 6.) | 195. | |
| 196. | 176. 4. dist. 3. fol. 97. 1. | 140. fol. 47. 2. (4. c. 7.) | 196. | 173. |
| 197. | 177. 4. dist. 4. fol. 97'. 1. | 141. fol. 47. 2. (4. c. 8.) | 197. | ? 175. |
| 198. | 178. 4. dist. 5. fol 97'. 2. | 142. fol. 47'. 1. (4. c. 9.) | 198. | |
| 199. | 179. 4. dist. 6. fol. 98. 1. | 233. fol 59'. 2. (5. c. 55.) | 199. | 123. |
| 200. | 180. 4. dist. 7. fol. 98. 1. | 234. fol. 60. 1 (5. c. 56.) | 200. | |
| 201. | 181. 4. dist. 8. fol. 98. 2. | 143. fol. 47'. 1. (4. c. 10.) | 201. | |
| 202. | 182. 4. dist. 9. fol. 98'. 1. | 235. fol. 60. 1. (5. c. 57.) | 202. | |
| 203. | 183. 4. dist. 10. fol. 99. 1. | 144. fol. 47'. 2. (4. c. 11.) | 203. | 188. |
| 204. | 184. 4 dist. 11. fol 99. 2. | 145. fol. 47'. 2. (4. c. 12.) | 204. | 160. |
| 205. | 185. 4 dist. 12 fol. 99'. 2. | 236. fol. 60. 2. (5. c. 58.) | 205. | ? 168. |
| 206. | 186 4. dist. 13 fol. 100. 1. | 237. fol. 60'. 1. (5. c. 59.) | 206. | ? 113. |
| 207. | 187. 4. dist. 14. fol. 100. 2. | 238. fol. 60'. 1 (5. c. 60.) | 207. | 181. |
| 208. | 188. 4. dist. 15. fol. 100'. 1. | 146. fol. 48. 1. (4. c. 13.) | 208. | 187.*) |
| 209. | 189. 4. dist. 16 fol. 101. 2. | 232. fol. 59'. 1 (5. c. 54.) | 209. | 213. |
| 210. | 190. 4. dist. 17. fol. 101'. 1. | 169. fol. 50'. 2. (4. c. 36.) | 210 | |
| 211. | 191. 4. dist. 18. fol. 101'. 2. | 170. fol. 50'. 2. (4. c. 37.) | 211. | 221. |
| 212. | 192. 4. dist. 19. fol. 102. 2. | 171. fol. 51. 1. (4. c. 38.) | 212. | 225. |
| 213. | 193. 4 dist. 20. fol. 102'. 1. | 167. fol. 50'. 1. (4. c. 34.) | 213. | 286. |
| 214. | 194. 4. dist. 21. fol. 102'. 2 | 168 fol. 50'. 1 (4. c. 35.) | 214. | |

*) Im ersten theile nämlich, da den zweiten unsere num. 115 bildet.

| Num. | B. | C. | D. | Cur. reg. | Petrus. |
|---|---|---|---|---|---|
| 215. | 195.<br>4. dist. 22.<br>fol. 103. 1. | 166.<br>fol. 50'. 1.<br>(4. c. 33.) | 215. | 138. | |
| 216. | 196.<br>4. dist. 23.<br>fol. 103. 1. | 153.<br>fol. 49. 1.<br>(4. c. 20.) | 216. | 144. | |
| 217. | 197.<br>4. dist. 24.<br>fol. 103. 2. | 154.<br>fol. 49. 1.<br>(4. c. 21.) | 217. | | |
| 218. | 198.<br>4. dist. 25.<br>fol. 103'. 1. | 152.<br>fol. 48'. 2.<br>(4. c. 19.) | 218. | 152. | |
| 219. | 199.<br>4. dist. 26.<br>fol. 103'. 2. | 155.<br>fol. 49. 2.<br>(4. c. 22.) | 219. | 162. | |
| 220. | 200.<br>4. dist. 27.<br>fol. 104. 1. | 156.<br>fol. 49. 2.<br>(4. c. 23.) | 220. | 171. | |
| 221. | 201.<br>4. dist. 28.<br>fol. 104. 2. | 157.<br>fol. 49. 2.<br>(4. c. 24.) | 221. | 208. | 70. |
| 222. | 202.<br>4. dist. 29.<br>fol. 104'. 1. | 158.<br>fol. 49'. 1.<br>(4. c. 25.) | 222. | 215. | |
| 223. | 203.<br>4. dist. 30.<br>fol. 104'. 2. | 159.<br>fol. 49'. 1.<br>(4. c. 26.) | 223. | 271. | |
| 224. | 204.<br>4. dist. 31.<br>fol. 104'. 2. | 160.<br>fol. 49'. 1.<br>(4. c. 27.) | 224. | | |
| 225. | 205.<br>4. dist. 32.<br>fol. 105. 2. | 161.<br>fol. 49'. 2.<br>(4. c. 28.) | 225. | | |
| 226. | 206.<br>4. dist. 33.<br>fol. 105'. 1. | 162.<br>fol. 49'. 2.<br>(4. c. 29.) | 226. | | |

| Num. | A. | B. | C. | D. | E. |
|---|---|---|---|---|---|
| 227. | (4.) dist. 34. fol. 31. | 207. 4. dist. 34. fol. 105'. 2. | 163. fol. 50. 1. (4. c. 30.) | 227. | |
| 228. | (4.) dist. 35. fol. 31'. | 208. 4. dist. 35. fol. 106'. 1. | 148. fol. 48. 2. (4. c. 15.) | 228. | |
| 229. | (4.) dist. 36. fol. 32. | 209. 4. dist. 36. fol. 107. 1. | 149. fol. 48'. 1. (4. c. 16.) | 229. | |
| 230. | (4.) dist. 37. fol. 32. | 210. 4. dist. 37. fol. 107. 2. | 150. fol. 48'. 1. (4. c. 17.) | 230. | |
| 231. | (4.) dist. 38. fol. 32'. | 211. 4. dist. 38. fol. 107'. 1. | 151. fol. 48'. 2. (4. c. 18.) | 231. | |
| 232 | (4.) dist. 39. fol. 32'. | 212. 4. dist. 39. fol. 107'. 2. | 164. fol. 50. 2. (4. c. 31.) | 232. | fol. 41. |
| 233. | (4.) dist. 40. fol. 33. | 213. 4. dist. 40. fol. 108. 2. | 147. fol. 48. 2. (4. c. 14.) | 233. | fol. 41. |
| 234. | (4.) dist. 41. fol. 33. | 214. 4. dist. 41. fol. 108'. 1. | 239. fol. 60'. 2, (5. c. 61.) | 234. | fol. 41'. |
| 235. | (4.) dist 42. fol. 33'. | 215. 4. dist. 42. fol. 109. 1. | 165. fol. 50. 2. (4. c. 32.) | 235. | fol. 42. |
| 236. | (4.) dist. 43. fol. 33'. | 216. 4. dist. 43. fol. 109. 2. | 180. fol. 52. 1. (5. c. 2.) | 236. | fol. 42. |
| 237. | | | 181. fol. 52. 12. (5. c. 3.) | | |

Was nunmehr die mustersammlung selbst betrifft, deren vollständiger abdruck einmal nicht möglich und nach manchen seiten hin für unseren behuf auch zwecklos wäre, von deren

beiläufigem inhalte aber doch die forscher in dem betreffenden zeitraume billiger weise einige kunde verlangen, theilen wir das schon in den vorbemerkungen seite 722 erwähnte register der handschrift C in der nach den codices B und D zusammenstimmenden reihenfolge, welche zweifelsohne auch die der leider unvollständigen handschriften A und E gewesen ist, dem leser mit, und fügen zugleich zur leichteren möglichkeit der untersuchung über das baumgartenberger werk wie der vergleichung mit andern derartigen allenfalls hieher einschlagenden sammlungen jedesmal die betreffenden anfänge der einzelnen stücke bei.

## 1) Incipiunt littere papales.

1. Papa prouincie ad fidem suscipiendam.

Lucis eterne lumine destitutus lucifer, caduca superbia procurante, celo contineri nequiens, eo quod.

2. Papa Romanorum regi, vt ad viciniora loca regni sui se conferat, sicut potest; et quod nunciet sibi aduentum suum; et quod mittat sibi solempnes nuncios, qui ipsum informent, quando ad coronam velit accedere, et alios tractatus quos habet cum rege Francie consumare.

Propter multa que frequenter occurrunt immo iam quodammodo inminent negocia, que non admittunt sine dispendio tarditatem, expedire putamus.

3. Papa Romanorum regi, insinuans ei quod se preparet ad coronacionem, excusando se quod tantum suam distulit promocionem.

Ardua precipue propensis digesta consiliis sentire pocius celeritatis solent ex directione conpendium quam pati dispendium tarditatis.

4. Papa Romanorum regi, ipsum inuitando ad coronandum cum rege Castelle, ne occasione ipsorum discordie negocium fidei et vtilitas ecclesie inpediatur.

Instancium negociorum dei votiua promocio vt votis fidelium in sui efficacia et acceleracione occurrat, et si christianitatis pacem multipliciter exigat.

5. Papa Romanorum regi, narrans sibi bonum zelum quem habet in prouisionibus ecclesiarum, et conmendans personam prouisam[1]) per eum. et reconmendat sibi ipsum, rogans quatenus regalia sibi concedat.

Inter curas multiplices et inmensas, quibus assidue angimur et distrahimur super vires, propensior mentem nostram.

6. Papa Romanorum regi, ipsum conmendando de nobilitate natiua et morali, et reconmendando sibi ecclesiam et episcopum, vt eos a violenciis et pressuris defendat.

1) Cod. *prouisas.*

Nobilis animi tui natiuitas, potentis nature creatricis officio ministrante, a claris progenitoribus tuis in propugnacionem.

7. Papa capitulo coloniensi, vt restituant castrum male occupatum regno vacante regi. scribit eciam regi, quod pacienter illud recipiat, nec bella et mortes hominum concitet.

In vestris actibus illius prouidencie studium seruare vos conuenit, vt videlicet per iusticie semitam incedentes.

8. Papa tali prouincie ad fidem suscipiendam.

Creator tocius creature, deus et homo, ad introitum regni celestis nos regenerans

9. Papa Romanorum regi, conmendando ipsum multipliciter, et excusando nuncios suos et se ipsum de longa mora quam in curia fecerunt, conmendando ipsos nuncios de prudencia et diligencia. et reconmendat regi nuncium quem ad eum dirigit. et significat sibi, quod nuncios suos benigne audiuit, et quod scripsit omnibus fidelibus regni Alamanie quod sibi adhereant consiliis auxiliis et fauore.

Grande matri prouenit gaudium ex filii bonitate, vixque aliquid est quod ita parentes letificet sicut sapiencia et probitas filiorum.

10. Papa incolis Sycilie, narrando quomodo ipsos diligit, et conmendando personam eius cui prouinciam Sycilie conmittit, precipiens ipsis vt sibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plene obediant, conminando rebellibus quod omnes sentencias quas predictus rector in ipsos tulerit ipse ratas habebit et exequetur.

Ad diuersas mundi prouincias ex officii nostri debito intente cogitacionis extendentes aciem, et vndique per orbem pro salubri statu.

11. Papa episcopo coloniensi, conmendando sibi electum regem multis modis de fortitudine siue constancia audacia fidelitate largitate et deuocione, et referens sibi grates quod ipsum procurauit eligi. et reconmendat sibi ipsum, precipiens quod sibi assistat in omnibus quibus potest consiliis auxiliis et fauore.

Dum magnifica et pia gesta katholicorum regum et principum orbis terre ante oculos mentis nostre reducimus, dum clara et deuota ipsorum opera diligenter aduertimus.

12. Papa apostolice sedis legato. significat et deplangit contrarium euentum quem rex Francie habuit in terra Sarracenorum, conmendando regem de strennuitate, et deplorando christianos ibi interemptos et captos, et mandando sibi quod omnes archiepiscopos sue legacionis inducat vt deum orent quod ipse confortet regem contra Sarracenos et quod sibi securum iter et transitum siue reditum prebeat, et quod per singulas ciuitates et dyoceses faciant orari vt deus ecclesiam de tanta tribulacione velit conso-

lari et terram quam suo sanguine consecrauit sui[1]) potencia de infidelium manibus eripiat.

Propinatum nobis (nuper) ab oriente dire amaritudinis calicem cum lacrimis haurientes, in amara nimis et tristia prorumpere cogimur.

13. Papa regi Tartarorum, quod predicatores verbi diuini per eum missos benigne in suo regno recipiat et audiat et promoueat.

Deus creator omnium, pius sator et amator hominum, qui (quia) neminem wlt perire, cunctos — vt fiant salui — venire desiderat.

14. Papa vniuersis archiepiscopis et episcopis regni, arguendo eorum negligenciam, et excitando eorum officium vt circa correctionem subditorum vigilent diligenter.

In vinea domini Sabaoth cultores licet inmeriti positi et custodes, debemus nos diuinis allicere ministeriis, vt in plenitudine.

15. Papa sollicitat episcopum ad visitandum et corrigendum, conminando sibi penam et diuinam et temporalem, si in visitacione et morum reformacione negligens fuerit inuentus.

Ecce venit deus sempiternus et dominus qui fundauit terminos orbis terre, citans nos in voce archangeli et in tuba nouissima ad concilium generale.

16. Papa duci Austrie, vel alicui alio, inducendo eum ad obsequium fidelitatis Cesari exhibendum, ad fidem catholicam promouendam, et statum imperii ampliandum et recuperandum, ostendens sibi quantum ex hoc mereatur apud eum.

Si gratis illapsa tibi desuper munerum beneficia diuinorum gratis assumis, aliud digne non valens, te ipsum in laudis sacrificium.

17. Papa regi Sycilie, condolendo sibi de morte parentum suorum, et consolando ipsum super obitu ipsorum, promittens sibi auxilium et consilium, et ipsum tueri et fouere.

Quod prima primi lactis pocula tibi dominus absinthio miscuit, quod vix bene balbucientem infanciam quasi continua reddidit lamentacione desertam.

18. Papa ducisse Austrie, conpaciendo ei et condolendo de obitu mariti sui, consolando ipsam, et rogando vt se abstineat a mesticia et merore, promittens ipsam et filium suum prosequi gracia et fauore.

Quod potati doloris amaritudine amaricate filie nostre consolacionis haustum proponimus propinandum, sinceritas efficit caritatis, que nil humanum.

19. Papa plangit episcopum occisum, exprimens modum et qualitatem occisionis eius quam habuerunt imperii occi-

1) Cod. *siue?*

sores, et detestando scelus nequissimum conmissum, ipsos occisores arguendo et finaliter exconmunicando.

Innouatur quasi iugiter ecclesie sancte dolor, nec ei conceditur ad tempus modicum respirare a iugibus suspiriis.

20. Papa cuidam principi rebellanti sibi, increpando et arguendo eum multipliciter super rebellione sua. et mandat sibi sub pena, vt N prebendam suam restituat atque reddat, conminando sibi, si mandatis apostolicis non obediat.

Nisi faciem tuam vt petram durissimam posuisses, et indurasses cor tuum durius adamante, audisses forsitan.

21. Papa notificat Anglicis, quod canturiensem archiepiscopum fecit in partibus illis legatum, mandans eis quod sibi tanquam legato obediant.

Diuine sapiencie inscrutabilis altitudo, que sacrosanctam romanam ecclesiam in huius mundi latitudine stabiliuit, ita regimen ipsius.

22. Papa regi Ritschardo. intimat decessum predecessoris sui, pape scilicet Vrbani, et electionem de se ipso in papam ab electoribus celebratam, seque huiusmodi consensisse, rogans et obsecrans vt ipsum et ecclesiam romanam plene affectionis studio prosequatur, spondens sibi similem reconpensam.

Plenus dulcedine ac semper ineffabili affluens pietate patris eterni filius Iesus Christus circa ecclesiam sanctam katholicam ita continuat.

23. Ordo cysterciensis supplicat pape quod super indebitis vexacionibus eorum eis dignetur de salubri remedio prouidere.

Crescit diei malicia sua, et pericula temporis inualescunt, ita vt quos predixit apostolus dies videamus nouissimos instare.

24. Papa insinuat canonizacionem talis sancti, conmendando eum de meritis et virtutibus, ac precipiendo prelatis ecclesie quod eius festum celebrent et venerentur.

Magnis et crebris insignita prodigiis christiane fidei rectitudo iam nouo noui sancti.

25. Papa hortatur principem secularem ad fouendum et tuendum religiosos pro incremento sue salutis.

In domo domini Martha sollicite ministrando turbatur, et Maria.

26. Papa mandat predicari crucem contra scismaticos et eorum fautores.

Si exordia nascentis ecclesie ad memoriam reuocentur, euidencius apparebit, quod sicut in credentibus olim vna erat.

27. Papa vniuersis principibus ecclesie, incitando ipsos aduersus imperatorem Fridericum, inimicum dei et hominum, hortans eos et deprecans vt ob diuinam remuneracionem sint arma sumentes, ipsum vnanimiter prosequendo.

Agni sponsa nobilis, formata mirifice de latere dormientis, dotata in patribus inconparabilibus margaritis.

28. Papa inuitat principes ad subsidium terre sancte.

Terra sancta, Christi respersa sanguine, post grauia sue crebre desolacionis excidia.

29. Papa mandat archiepiscopo, quod ad curiam personaliter accedat, ad habendum consilium suum.

Eterni prouidencia conditoris sanctam et inmaculatam ecclesiam a sue fundacionis exordio eo voluit ordine gubernari.

30. Papa vocat principem ad curiam, ad habendum consilium suum super pace quam intendit cum aduersariis suis facere et ordinare.

Dei virtus et dei sapiencia, Iesus Christus, cuius ineffabili subiecta sunt omnia maiestati, a fundacionis sue primordio.

31. Papa scribit principi, inuitando eum vt de virtute crescat in virtutem.

Inter terrenas opes, quas mortalis oculus concupiscit, quasi cariora desiderat aurum obrizum et lapides preciosos.

32. Papa vocat Romanorum regem ad suscipiendum imperii dyadema.

Postquam diuina potencia, ecclesiam suam pacificare disponens, manifesta tibi bonitatis sue signa pretendit de via per quam.

33. Papa hortatur fideles ad subsidium terre sancte.

Sacrosancta romana ecclesia, accrescencium in salutem et filiorum dextere pia mater, cuius magna tanquam Rachel de sue prolis.

34. Papa congaudet regi de victoria quam habuit et fecit, promittens sibi tuicionem et defensionem.

Plaudat in iubilo vniuersa caterua vestra domino deo nostro, cuius.

35. Papa insinuat regi Sycilie famen qui in Vrbe laborat propter defectum annone, supplicans propter deum et amorem suum quod per bladi transmissionem populo romano succurrat.

Celestis altitudo consilii, alta et ineffabili prouidencia vniuersa disponens, rerum vicissitudines non sine dispensacione racionis alternat.

36. Papa congaudet rebellanti ad gremium matris redeunti.

Si Anna, discessum Tobye filii sui non sustinens, pacientis more lacrimis affluebat.

37. Papa reuocat legatum.

Tempus est, vt emissa columba — virens iocunditatis folium afferens — reuertatur ad archam.

38. Papa Petro de Vineis, hortando eum quod animum principis ad pietatem faciendam — captis cardinalibus et aliis — suis consiliis inclinet.

Tociens tibi incassum scribimus, et in ventum preces effundimus, pro karissimis fratribus nostris et aliis qui adhuc carcere.

39. Papa N episcopo de cruce predicanda contra Fridericum imperatorem.

Qui presides in specula, leua signum, et profer aduersus pestilencie agmina vexillum victorie christiane.

40. Papa hortatur regem, quod humanitatem exerceat in comites quos cepit, et quod eos pristine restituat libertati.

Non opum non munerum queuis profusa largicio tantum (tuam) poterit sublimare personam.

41. Papa Romanorum regi notificat mortem antecessoris sui, ac electionem de se factam.

Cathedra preminencie pastoralis in hac militante ecclesia per plurimos pontifices frequenti successionis vicissitudine variatur.

42. Papa comitisse Flandrie, hortando et rogando ipsam quod promoueat concordiam fieri inter regem Romanorum et maritum suum.

Peccata generis humani exigunt. illud diuersis diuersitatum molestiis agitari, nunc clade, nunc peste.

43. Papa vniuersis ecclesiarum rectoribus, hortando et confortando eos ad resistendum imperatori Friderico.

Existens in mari huius mundi Petri nauicula contrariis interdum ventis (ex)pellitur.

44. Papa mandat episcopo coloniensi, quod reprimat omnes machinaciones et factiones que fiunt contra regem, conminando sibi, quod si non fecerit, cum tamen facere potuerit, quod indignacionem sedis incurrat.

Quod nuper ad aures nostras noua vehementis ammiracionis relacione peruenit, nunquam ascenderat in cor nostrum.

45. Papa scribit principi, quod veniat ad curiam, non obstante conminacione et insidiis imperatoris Friderici.

Petri nauicula, matris ecclesie sinus, quasi negociorum operta fluctibus.

46. Papa ciuitatibus Alamanie, quod regi Romanorum electo obediant tanquam domino suo, et quod non consenciant aliquorum maliciis qui bonum statum et quietum reipublice nituntur inpedire. cassat eciam omnem electionem que fiat de quocunque alio, illo superstite et viuo. et fert exconmunicacionem tam in eos qui contra prohibicionem suam alium eligunt, quam eciam qui electioni sic facte de se consentit.

Quosdam, sicut accepimus, adeo inpaciencie sue vrget stimulus sev aculeus, vt non satis preteritorum dierum malicia.

47. Papa scribit imperatori, quod gaudet de bonis suis successibus, regraciando sibi quod in infirmitate sua eum suis litteris est consolatus.

Quod imperialis culminis altitudo letis gaudet vbique successibus, gratum nobis est non modicum.

48. Papa hortatur regem, quod ecclesiam diligat et honoret, promittens quod honorem suum quantum poterit promouebit.

Litteras excellencie tue ea qua decuit benignitate suscepimus. quibus libenter auditis, cum in cuius manu corda sunt regum.

49. Papa regi ad graciam sedis apostolice reuerso congratulatur, adhortando eum quod vlterius non paciatur se seduci nec ab ecclesie deuocione reuocari.

Ad domum paternam, cuius limen seductus excesseras, de regione dissimilitudinis redeunti

50. Papa Romanorum regi, quod quidam petiuerunt sibi conferre beneficia quorundam procuratorum in curia existencium, mencientes eos esse mortuos, petens eos restitui ad beneficia sua ob reuerenciam sedis.

Benigna celsitudini regie romane sedis auctoritas, augmentis tuis semper innixa felicibus, que velud.

51. Sentencia, qua papa priuat omnes fautores imperatoris F secundi omnibus dignitatibus personatibus et beneficiis que habebant.

Recte discrecionis examen stateram iusticie moderamine congruo eque librat, cum digna virtutibus premia et equa viciis stipendia.

52. Papa notificat episcopo coloniensi processus quos fecit contra eligentes vel procurantes electionem Chunradini, mandans sibi quod eos in sua prouincia singulis mensibus faciat publicari.

Fundata domus domini super inmobile fundamentum, super quod secundum apostolum aliud ponere nemo potest.

## 2) Incipiunt littere imperatorum et regum romanorum.

53. Imperator scribit regi Francie, quod ex fama conmuni didicit, eum aliquem contrarium euentum recepisse, sperans tamen hanc famam non esse veram, supplicans sibi quod per nuncium quem propter hoc ad eum dirigit sibi veritatem rescribat.

Generali qua cunctos amplectimur fidei participacione christicolas, set speciali qua vestram pura affectione personam diligimus.

54. Imperatoris filius regi Anglie, excusando se apud eum quod prius sibi non scripsit, ac notificando quod pater suus sibi regnum Sycilie regendum conmisit, et pollicendo quod in futurum — quociens erit et nunciorum copia fuerit — sibi scribat.

Si magnificencie vestre hucusque non scripsimus, si nostrum progressum fortune ad vestram noticiam segnis officium calami non perduxit.

55. Imperator conmendat comitem de deuocione quam habet ad eum, significando sibi sanum et prosperum successum suum.

Scimus, et longi temporis experimento probauimus, quod a consuetudine — que iam in te nature vim obtinet — prescripta tue maturitatis deuocio, natiuis erecta potenciis.

56. Imperator populo myschenensi, significando eis luctuose mortem primogeniti sui.

Quia inter ceteros regni nostri fideles speciali prerogatiua populum semper dileximus mysensem, idcirco.

57. Imperator principi, consolando eum super morte filii sui, conmendando defunctum, ac promittendo patri propter filii mortui obsequia graciam vberiorem.

Quod de nimis acerbo filii tui casu conpassionis nostre verbum ad te tarde peruenit, causa fuit vt tibi ad tempus.

58. Imperator consolatur comitem super morte fratris sui.

Audito nuper, quod mordentis omnia mortis inpietas N venerabilem episcopum, fratem tuum, fidelem nostrum.

59. Imperator ciuibus Fulgencie, conmendando deuocionem eorum, ac monendo eos quod in fidelitate quam semper sibi seruauerunt perseuerent.

Etsi generali qua cunctos fideles nostros pura mentis affectione conplectimur vos affectuose prosequi teneamur, speciales tamen causae.

60. Imperator ciuitati, conmendando ipsam de fidelitate, ac promittendo ei graciam suam.

Inter alia deuocionis insignia, quibus erga progenitores nostros et nos hactenus probabiliter claruistis, illud specialiter.

61. Imperator rogat regem Francie, quod interdicat Lucanis conmercia in regno suo, quos pro suis excessibus panno supposuit imperiali.

Furiosam superbiam et superbam furiam Lucanorum, qua succensi frementes (frequentes) se contra deum et romanum imperium erexerunt.

62. Imperator principi significat, quomodo Fauenciam obsedit et coangustauit, et quomodo misericordi[1]) gracie sue submisit.

Adaucte nobis continue felicitatis auspicia, quibus dextera domini prosequitur gressus nostros, desideria tua.

63. Imperator cognate sue, consolando eam super morte ducis Bawarie.

Dum post sedatos vndique turbines, quos dudum in regno Sicilie temporis calumpniosa procella conmouerat.

---

1) Die handschrift hat *misericordie*.

64. Imperator ciuibus Florencie, significando eis quod gubernacionem ciuitatis eorum filio suo conmisit, hortando eos quod sibi reuerenciam debitam exhibeant, facientibus contrarium penas acres conminando.

Speciali quadam inter tot et tanta negociorum genera, quibus pectori nostro continua materia cogitacionis infunditur, sollicita.

65. Imperator ciuibus et ciuitati significat ad gaudium, quod tali die accinctus est gladio militari.

Geminare videmur in nobis augmenta congaudii pulchrioris, si festiuos et celebres felicitatis nostre successus ad nostrorum corda fidelium transfundimus.

66. Imperator comiti Cornubie, significando sibi gaudium quod sibi de nouo insurrexit ex procreacione noue prolis.

Rem iocundam et conmunibus desideriis expectatam, que (quod) pre ceteris hominum votis gracior ex beneficio.

67. Imperator potestati vel ciuitati significat, quod papa violauit pacem inter eos firmatam, mandans eis quod quedam statuta que de nouo fecit inter alia statuta sua faciant scribi et inuiolabiliter obseruari.

Multifarie multisque modis, prout fama celebrior litteris publice promulgasse (prouulgasse) iam potuit, ad pacis vniuersaliter expectate dulcedinem.

68. Imperator nobilibus subditis, quibus filium suum regem Chunradinum regendum conmisit, significat excessus Chunradini predicti, iniungendo eis quod viros morum honestate conspicuos et fama celebres sibi applicarent, ipsius distortos mores corrigerent et emendarent.

Fatigatus est auditus noster clamoribus, filii nostri Ch regis insolencias in publicum deducentibus.

69. Imperator Romanorum conuentui consulit atque suadet, vt N feminam superbam nimium et rixosam totumque collegium perturbantem a monasterio expellant.

Ascendit de mari bestia blasphemie, plena nominibus, ex antiqui serpentis edita semine, spirituque tumefacta superbie.

70. Rex Romanorum domino pape, significando ei pacem et concordiam perpetuam quam cum rege Francie firmauit.

Vt de felici nostro processu ad suscipiendum de sacrosanctis vestris manibus imperii dyadema, absterso cuiuslibet dubietatis inuolucro.

71. Romanorum rex duci Saxonie, significando ei quomodo de rege Bohemie victoriam accepit et eum in bello occidit.

Quantis obprobriis et probrosis iniuriis indesinens reipublice disturbator, quondam O illustris rex Bohemorum, nos inpulerit.

72. Romanorum rex domino pape, significando ei victoriam quam habuit de rege Bohemie, et quomodo idem rex in bello est interemptus.

Intimandum fore credimus apostolice sanctitati, quis euentus finierit litem illam quam quondam illustris rex Bohemorum.

73. Romanorum rex principi pro coniuge assumenda.

Inter cetera quorum cura nos angit illa precipue meditacio occupat mentem nostram.

74. Romanorum rex regi Anglie, significans sibi quod filium suum iam dudum disposuerat transmittere ad consumandum matrimonium cum filia sua, si non infirmitas corporalis filii fuisset inpedimento. set ex quo hec cessauit, pollicetur statim mittere filium ad matrimonium consumandum.

Accito nuper illustri principe N pro filio nostro dilecto ad procedendum in Angliam, vt celebria illa et sacra connubia inter eundem nostrum genitum et inclitam filiam tuam.

75. Romanorum rex episcopo, regraciando ei de curialitate quam nunciis suis in curia exhibuit, mittens sibi licet absenti regalia feoda sua et administracionem temporalem eorundem de gracia speciali. wlt eciam, quod omagium fidelitatis faciat nunciis suis, quos ad curiam mittet, habentibus super hoc speciale mandatum.

Mentis nostre tabernaculum floride cuiusdam iocunditatis amiculo extitit serenatum, noueque placiditatis leticia in cordis nostri tabulis indelebiliter est descripta.

76. Romanorum rex principi transmittit feoda quibus quondam ab imperio noscitur infeodatus, promittendo sibi a suis et imperii persecutoribus defensionem.

Solis et aurore infatigabilis fabricator ad romane monarchiam dignitatis mirifice fabricandam semet ipsum fundamenti solidi primarium posuit lapidem.

77. Romanorum rex domino pape, significando sibi electionem de se factam, petensque insigniri ab eo dyademate imperiali.

Romano iam pridem vacante imperio, principes electores, quibus in romani electione regis ius conpetit ab antiquo.

78. Romanorum rex ciuibus, mandans quod nuncio quem ad eos dirigit nomine suo prestent fidelitatis et omagii iuramenta, et quod collectam quam eis inponet soluant, promittens quod libertates ab antiquis imperatoribus eis concessas ipsis innouabit.

Vocati diuinitus ad regale fastigium, eo disponente qui erigit humiles in sublime, debemus ab eis qui sub regie potestatis.

79. Romanorum rex archiepiscopo, conmendando eum de fidelitate quam circa eum seruat, ac rogando quod in hiis fideliter persistat que sibi conmisit.

Adauctis nobis per te diuine inspiracionis instinctu continue prosperitatis auspiciis, nunc de nouo in curia romana.

80. Romanorum rex principi, regraciando sibi de fidei puritate quam habet ad eum.

Delectabiliter introiuit in mentis nostre secretarium lecta et plenius intellecta tuarum quas nobis misisti dulciflua series litterarum.

81. Romanorum rex porrigit preces primarias collegio pro aliqua persona ydonea in canonicum recipienda.

Regie maiestatis splendescens serenitas sic aliorum iura et consuetudines protegit.

82. Romanorum rex citat episcopum, quod curiam visitet quam est celebraturus.

Ad romane monarchie dirigenda molimina sue misericordie vnctione nos vngens, altissimus illum reuera seruande iusticie zelum.

83. Romanorum rex regraciatur domino pape de eo quod pacem in orbe procurat, et de concordia et amicicia quam inter eum et regem Sycilie ordinauit.

De misericordis caritatis igniculo dudum calescencia pietatis paterne precordia, mire prouidencie studiis vrbi et orbi.

84. Romanorum rex principi conmendat talem ecclesiam ab oppressorum incursibus defendendam.

Imperatorie dignitatis dyademate ac dextra fortitudinis manus sceptrigere insigniis renitentes.

85. Romanorum rex ciuibus, supplicando pro fratribus quod ad vsum eorum eis vnam viam dent et concedant.

Firmamenti pulchritudine et decore, diuersitate siderum et speciositate fulgida superorum, calliginosa terrestrium procellitur opacitas.

86. Romanorum rex episcopo, regraciando sibi de fide quam ad eum habet et consilio, simul[1]) notificando sibi quod publice curiam solempnem celebrauit omnibus solempnibus pactis que regiam condecent maiestatem.

Super tam pura et integra vestre amicicie incontaminata feruencia, quam ad nōs promptissima mentis alacritate.

87. Romanorum rex super institucione noui fori concedit priuilegium.

Benigna gracie nostre prouisio, quam sub quodam humane dilectionis applausu.

88. Imperator duci Austrie regraciatur de fideli et sano consilio, mandans quod adducat neptem suam — futuram vxorem suam — sibi, et certos principes quorum nomina sibi transmittet.

Grate valde culmini nostro tue littere peruenerunt, in quibus ex magna sinceritate tue fidei.

89. Imperator amico suo speciali, significando sibi potenciam et prosperitatem successuum suorum.

Felicium prosperitas continuata successuum, victoriosi processus nostri tripudium.

---

1) Die handschrift hat *consilij*, über welches *j* ein *o* corrigirt ist, *sio* oder *sui* mit einem übergeschriebenen *e* am schlusse.

90. Romanorum rex cardinalibus, deplangendo mortem pape, ipsosque rogando quod sceleriter de futuro prouideant pastore.

Ex horto militantis ecclesie hortulano presigni translato ad celicas mansiones, felicis videlicet recordacionis domino Gregorio.

91. Romanorum rex episcopo dirigit primarias preces suas pro aliquo ad beneficium promouendo.

Dum in nostre sublimitatis exordio quelibet ecclesia in romano imperio constituta super prouisione.

92. Romanorum rex conuentui mandat, quod primarias preces suas exaudiant et admittant.

Licet alias pro tali vobis direxerimus primarias preces nostras, vt ipsi secundum antiquam et approbatam imperii consuetudinem.

93. Romanorum rex abbati et conuentui confirmat priuilegia sua, ac ipsos recipit in suam specialem protectionem. [1]

Tociens regie celsitudinis sceptrum extollitur, et ipsius status a domino — a quo datur omnis potestas — facilius gubernatur.

94. Romanorum rex regi Francie, significando ei causas propter quas peticionem suam ad presens non possit admittere.

Regalibus vestris litteris nuper culmini nostro directis affectione benigna receptis, et vt decuit eis lectis et plenius intellectis, super earum serie celsitudini vestre taliter duximus respondendum.

95. Romanorum regi ciues, supplicando sibi quod manutenere et conseruare velit eis iura et bonas consuetudines sue ciuitatis.

Letetur et gratuletur totis visceribus letabunda et laudans inuicta Germania, quam post calamitates varias et erumpnas rex celestis.

96. Romanorum regi prouincia, submittendo se et sua sibi.

Benedictio et claritas, sapiencia et graciarum actio, honor virtus et fortitudo, viuenti in secula seculorum, qui vergente mundi vespere in diebus nostris romani monarchiam imperii. [2]

97. Rex Romanorum principi, resumendo et restituendo eum plene ad graciam, ac remittendo sibi iniurias in eum et imperium conmissas.

A primordiis nostri solii sub eius nomine per quem reges regnant et principes obtinent principatum regiminis nostri disposicionem.

98. Romanorum rex tali conuentui supplicat ad rogandum deum pro ipso vt prodesse valeat populo christiano.

In precelse dignitatis honore, quo nos pretulit exaltator humilium, quasi honus inportabile nostris est humeris alligatum.

---

1) In der sammlung selbst ist dieses rubrum ausradirt.

2) Vgl. hiezu den anfang des musters 217 s. 832.

99. Imperator suis fidelibus remittit actiones seruiciorum tempore vacantis imperii neglectorum, et quicquid de bonis imperii medio tempore occasione belli eos prementis receperunt.

Dignum iudicat nostra serenitas et (decreuit) decernit, quod — sicut personarum est distinctio et locorum, sic et — meritorum quorumlibet.

100. Romanorum rex fidelibus suis graciam et fauorem suum scribit et mandat.

Ad romani regni gubernacula vocati illius vocacione qui superborum fastigiosam superbiam elidens deuotam humilitatem.

101. Imperator apostolico, significando sibi propositum quod habet ad recuperacionem terre sancte, et quod de quadam lite in eum conpromisit, regraciandoque sibi quod nuncios suos ita benigne recepit, ac supplicando quod nuncio quem ad eum dirigit plenam adhibeat fidem.

Pater patrum amantissime, a cunctis filiis hominum super omnia que sub vestre mortalitatis viuunt habitu reuerende, in vestre.

102. Imperator conminatur hereticis quod ad eorum exterminium exerceat sui gladii potestatem.

Pestilentes heretice caliditatis argucie deo abhominabiles.

103. Imperator domino pape, regraciando quod sic affectuose de sua non exactus sollicitus est promocione.

Prouenit nobis ad inmense iocunditatis tripudium, quod — vbi nulla meritorum nostrorum causa precesserat.

104. Imperator procuratori suo, regraciando sibi de seruiciis in curia sibi inpensis, ac promittens graciam et promocionem.

Ascendit vt fumus aromatum exquisite fraglancie in conspectu regie maiestatis illius predicabilis.

105. Imperator super beneficiis inpensis regraciatur, vt supra in proxima epistola.

Florida ordinis vestri et conmemorabilis rectitudo, que nostris vbilibet supportandis oneribus colla subdit, non sinit.

106. Imperator ciuitati alicui, conmendando eam de fidelitate circa imperium et strenuitate, ac conmendando eis nuncium suum quem ad eos direxit.

Auite magnanimitatis ad vos velud in filios filiorum propagacione laudabili deriuata, strenuitas et probate fidei puritas.

107. Imperator principi regraciatur de bona voluntate quam habet ad eum, offerens se sibi ad sue beneplacita voluntatis.

Audiuit nuper nostra serenitas, vnde nouum nobis accumulatum est gaudium.

108. Imperator domino pape, conmendando eum de correctione clericorum, offerens se ad domandos eos qui contra papam se opponent.

Crescentibus semper augmento feruide caritatis igniculis, quos paterna precordia erga filium singularem quasi de camino.

109. Imperator indulget alicui, quod quem possit priuilegiare super officio tabellionatus.

Ne contractuum memoria disperiret, inuentum est tabellionatus officium, quo contractus legittimi ad cautelam presencium et memoriam futurorum manu publica notarentur. hinc est quod nos.

110. Imperator super conmissione eiusdem officii dat priuilegium.

Quia fidei tue et deuocionis merita, de quibus plurimum conmendaris, eo te graciosiorem exhibent.

111. Imperator omnibus principibus, quod intendit intrare Ytaliam ad sumendum imperii dyadema, iniungens eis quod reficiant pontes et vias pro suo transitu, et ipsum associent ad Vrbem cum decenti milicie comitiua.

Quia ecce de medio nebule stella matutina progreditur, obumbrantis ignara caliginis, que micantibus splendoribus.

112. Imperatoris littera per quam aliquis assumitur in familiarem.

Fecunda nobis indicata tua deuocio serenitati nostre dignum fauore te prebuit, et graciam tibi nostre celsitudinis.

113. Imperator scribit Bisanis, quod ambassatorem eorum libenter audiuit, ac peticionem exaudiuit.

Discretum et industrium[1]) virum . . ambassatorem (ambaxatorem) vestrum, ad maiestatis nostre.

114. Imperator domino pape reconmendat nuncium quem ad eum dirigit cum litteris credencie.

Plurima, beatissime pater, interpretis scripture misteria, quibus paternis aspectibus filialis est representata deuocio, de nostri pectoris calamo hactenus.

115. Imperator ciuibus, requirens ab ipsis subsidium ad vnam generalem curiam celebrandam.

Fluctiuagi iam dudum status imperii grauem lapsum, et miserabiles populi christiani pressuras et gemitus.

116. Littera per quam imperator conmittit alicui aduocaciam alicuius ecclesie.

Etsi generaliter omnium imperii fidelium ex suscepte dignitatis regimine curam et sollicitudinem gerere debeamus.

117. Forma super inuestitura feodorum.

Romani imperii celsitudo consurgens antiquitus et fundata mirifice super inmobile firmamentum.

118. Rex Romanorum prouincie significat, quomodo Germaniam in pace posuit, et quomodo intendit ire in Ytaliam

---

1) In B lautet das rubrum: *imperator alicui principi.* das muster selbst beginnt sodann: *Pysanis industrium* u. s. w.

eciam ad pacandum eam, premissis sibi nunciis solempnibus qui viam sibi parent.

Ab illo bono patrefamilias protinus et instanter a nobis exigitur debitum, qui peregre proficiscens familiam suam.

119. Rex Romanorum principi, adhortando eum ad pacem et concordiam cum fratre suo recipiendam.

Desiderantes ex intimis nostris, te vna cum fratre tuo in fraterne karitatis vt decet dulcedine recreari.

120. Rex Romanorum domino pape, significando quod curia solempni celebrata ad terminos regni sui pape plus vicinos se[1]) transferre non desistet.

In piis paterne vigilancie precordiis erga nos frequenter accensa non potuit delitescere benignitas, quin erumpat.

121. Romanorum rex domino pape, regraciando sibi de multis graciis et beneficiis sibi inpensis, ac significando quod ad eum solempnes nuncios diriget super negociis suis.

Inmense serenitatis amenitas, apostolice tube flatu iam vndique cunctis fidei orthodoxe circumfundenda cultoribus, nunc de nouo.

122. Rex Romanorum principi, citando eum ad curiam quam intendit celebrare.

Assumpto iam pridem — diuini disposicione consilii — regii dyademate principatus, cum ad hoc potissime nostra suspiret intencio.

123. Rex Romanorum iudicibus mandat, vt aliquem apostatam in suum ordinem seuientem capiant, et reseruent pena debita puniendum.

Quia facinorosorum inpunitas viam frequenter aperit reprobis deteriora prioribus conmittendi, nos, quibus a deo gladius.

124. Rex Romanorum regine regraciatur super sincero affectu quem erga eum gerit, et super eo quod cupit filiam suam filio suo matrimonialiter copulari.

Congratulacionis amice placiditas litteris vestris, quas nuper valde gratanter accepimus, super fortunatis.

125. Romanorum rex iudicibus suis, mandans quod tali de suis offensoribus faciant iusticie conplementum.

Quia miserande miserie miserabilium personarum viscera misericordie obserare nequimus.

126. Romanorum rex episcopo, consolando eum super morte aduocati sui, ac promittendo quod de consilio suo sibi de alio prouidebit.

Ex quo placuit regi regum, altissimo palmo omnia conplectenti, cuius iudicia voce prophetica reputantur abyssus multa.

127. Rex Romanorum subdito suo, conmendando sibi quoddam claustrum ac ipsius fratres.

Acceptus altissimo, nobis quoque placidus, humilis ordo N celebri vice fraglancia nostri spiritus sic recreauit intrinseca.

---

1) In der handschrift fehlt *se*.

128. Rex Romanorum militi suo, conminando sibi quod grauem sentenciam contra eum ferat, si cum aduersario suo non conponat.

Querelam, quam N de te coram nostra presencia nobis pro tribunali sedentibus deposuit, est vsque adeo persecutus.

129. Imperator supplicat tali, quod eum in assecucione prebende sue promoueat pro quo primarias preces porrexit.

Quod dilectum . . familiarem et clericum nostrum singularis beniuolencie placidum astringamus amplexibus.

130. Rex Romanorum domino pape, regraciando sibi quod ita graciose nuncios suos recepit et audiuit.

Resplenduit nobis velud in iubare sideris liminosi diuinitus coruscantis in hoc precipue apostolice graciosa beniuolencia pietatis.

131. Rex Romanorum domino pape, supplicando quod tali de certo episcopatu dignetur prouidere.

Si super iustis peticionibus vestre beatitudini preces nostras supplices offerimus, gratum vos ex eo speramus.

132. Romanorum rex iudici, quod promptus sit in iusticia facienda.

Querelam grauem fidelium nostrorum N et N nuper accepimus, continentem quod super hereditate eorum paterna.

133. Romanorum rex vniuersitati, reconmendando sibi clericum familiarem suum.

Digne illos prerogatiua fauoris amplectimur, qui per merita virtuosis operibus se nobis placidos exhibuerunt et hominibus graciosos.

134. Rex Romanorum iudicibus, conmendando eos de fide et legalitate sua.

Adiecit nostre felicitatis auspiciis incrementa congaudii lacioris, quod — sicut celebris fame clangente preconio didicimus — integra fides vestra, natiuis erecta potenciis.

135. Rex Romanorum episcopo, absenciam suam temporalem ignoscendo.

Quanto celsius ex assumpti potestate regiminis premines, quanto predicabilius ex infusa tibi diuinitus.

136. Rex rogat religiosos, quod deum orent pro eo et pro consorte sua.

Ad speculam dignitatis regie ordinacione diuina prouecti, dum inportabilia onera nostris humeris incumbencia diligenter attendimus.

137. Romanorum rex cardinalibus regraciatur super promocione negociorum suorum, conferendo se eis ad eorum beneplacita exequenda.

Quante sollicitudinis opera, quante (eciam) prestancia puritatis in nostri expedicione negocii curas vestras exercueritis.

138. Imperator notificat pape quod gaudet de electione de eo facta, offerens se sibi in omnibus et sua ad sua beneplacita

exequenda. et conpromittit in eum super lite que inter eum et regem Bohemie est de bonis imperii.

Illa, beatissime pater, de amirabili vestra creacione precordiis nostris tenaciter est infixa fiducia.

139. Romanorum rex vniuersitati notificat, quod tales eis dedit rectores, mandando quod eis in omnibus pareant et intendant.

Inter cetera, quorum nos cura peruigil sollicitat, quorum nos vtique curiosa sollicitudo fatigat, crebra reddimur anxietate.

140. Romanorum rex domino pape supplicat pro electi promocione, personam ipsius multipliciter conmendando.

Inter cetera, quorum nos peruigil cura sollicitat, quorum desiderabilis expectacio mentem nostram exagitat, illud tranquillo.

141. Lex per quam imperator [1]) prohibet ciuitates Alamanie que sunt supposite iurisdictionibus principum facere magistros ciuium vel consules vel alios quoscunque officiales sine archiepiscoporum vel episcoporum voluntate. prohibet eciam omnes societates et confraternitates arcium, cassans et irritans quitquid contra premissa fuerit attemptatum. statuit eciam quod in singulis ciuitatibus res non vendantur nisi pro moneta ibi vsuali et currente.

Dum romane monarchiam dignitatis ipso auctore per quem reges regnant et principes obtinent principatum, qui super gentes et regna.

142. Rex regraciatur tali super hiis que sibi scripsit, significans sibi quod ad eum mittat nuncios suos qui eum plene de conmunibus negociis eorum informabunt, nuncians eciam sibi quod colloquium habuit cum domino papa et quod in proximo de ipsius manibus suscipiat imperii dyadema.

Litteras vestras, quas nostro misistis culmini, consuete benignitatis alacritate suscepimus, et in eis vestre sinceritatis dulcorem.

143. Imperator significat pape, quod litteras suas reuerenter recepit, et quod paratus est pacem et concordiam tractare ad voluntatem suam cum rege Castelle.

Beatitudinis vestre, pater sanctissime, litteras super pacis et concordie vnione cum rege Castelle.

144. Imperator patriarcham hortatur, quod viriliter et fideliter pro defensione sua et imperii hostibus se opponat.

Quantis qualibusque tribulacionum malleis ex defectu imperiali solio presidentis Christi populus in subculcacione ecclesiastice libertatis.

145. Romanorum rex episcopo, confortando eum ne desperet, promittendoque sibi tantum numerum armatorum qui ad defensionem suam sufficere possint, et si castra sua obsidione vallentur quod ea defendat et a fortitudine hostium liberabit.

---

[1]) Vgl. hiezu das sächsische formelwerk XI. num. 2. s. 269 u. 270.

Horrende persecucionis inmanitas, quam tu et alii nostri principes et fideles pro pure fidei obseruancia et honore imperii.

146. Romanorum rex apostolico regraciatur de continuis consolacionibus sibi inpensis, consulendo sibi quod predicacionem crucis strictius et forcius conmendet, narrando eciam sibi negocium eorum quibus hoc negocium est conmissum.

Grande multiplicant gaudium in filii deuoti precordiis crebra pietatis paterne leuamina.

147. Imperator significat principi suo, quod papa ipsum benigne audiuit et recepit et quod tali die intendit recipere imperii dyadema, mandans sibi quod ibi habeat suos solempnes nuncios et ambassatores.

Vt vestre deuocionis auditum de fortunatis nostre felicitatis euentibus noua graciora letificent, et fortunacioris auspicii.

148. Imperator significat principi suo, conmendando eum de legalitate erga imperium et fide, hortando eum quod in promouendis honoribus imperii feruenter inuigilet et laboret.

Quantum nobis in eo conplacuit, quod sic accensus es innate fidei puritate, qua erga sacrum romanum imperium semper viguit virtus tua, nequimus affectum nostrum perfecte exprimere.

Noch beinahe zwei duzende solcher durchgängig auf das klösterliche leben bezüglicher formeln folgen hier. die letzte darunter lautet:

Plantatus in agro domini vester ordo sic a suis primordiis diuina clemencia pullulauit, sic laudabilibus incrementis profecit, fructus assidue proferens copiosos, quod inter alia germinancia dicti agri sidereo nitore refulgens plenis donis virtutum spiritualiter et temporaliter noscitur habundare.

1) Cod.: *sincerítatis.*

Incipiunt prouerbia de libris decretalium sumpta prosayco dictamini inserenda.

Ideo lex proditur, vt appetitus noxius sub iuris regulis limitetur, per quas genus humanum vt honeste viuat, alter alterum non ledat, ius suum cuique tribuat informatur.

Canonum statuta custodiantur ab omnibus. et nemo in actionibus vel in iudiciis ecclesiasticis suo sensu set eorum auctoritate pocius debet duci.

Rem que culpa caret in dampnum non conuenit euocari.

Prudencie sue innititur, qui ea que sibi agenda vel danda videntur patrum decretis quomodolibet anteponit.

Die nunmehr von fol. 74′—76′ noch folgenden muster, nicht ganz hundert an der zahl, bieten kein allgemeineres interesse, daher hier nur einige ausgehoben werden.

Generali constitucione sancimus, vt episcopi viros ydoneos ad sancte predicacionis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere et sermone, qui plebes sibi conmissas vice ipsorum — cum per se idem nequierint — sollicite visitantes, eas verbo edificent et exemplo.

Ad firmamentum celi — hoc est vniuersalis ecclesie — fecit deus duo magna luminaria, id est duas instituit dignitates. que sunt pontificalis auctoritas et regalis potestas. set illa que preest diebus, id est spiritualibus, maior; que vero carnalibus, minor est: vt quanta est inter solem et lunam tanta inter pontifices et reges differencia cognoscatur.

Euidencia patrati sceleris accusatoris clamorem aliqualiter non admittet, nec etiam indigebit.

Sicut accusacionem legittimam precedere debet inscriptio, sic denunciacionem caritatiua monicio, et inquisicionem clamosa insinuacio preuenire.

Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum et honestum.

Romanus pontifex in scrinio sui pectoris iura omnia censetur habere reposita et absconsa.

Decet romanum pontificem, vt per fratres suos, sacrosancte romane ecclesie cardinales, qui sibi in execucione officii sacerdotalis coadiutores existunt, consilia proueniant libera, per que ipsius iudicia non vacillent.

Mulieres vagari non conuenit, nec virorum cetibus inmisceri.

Que a iure conmuni exorbitant, nequaquam ad consequenciam sunt trahenda.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

Presumitur ignorancia ubi sciencia non probatur.

Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria vel iactura.

In penis benignior est interpretacio facienda.

Qui sentit onus, sentire debet conmodum. et econtra.

Non est in mora qui potest exceptione legittima se tueri.

Quod ob graciam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.

In pari delicto vel causa pocior est condicio possidentis.

In male promissis fidem non expedit obseruari.

Qui ad agendum admittitur est ad excipiendum multo magis admittendus.

Quod alicui graciose conceditur trahi non debet ab aliis in exemplum.

Delictum persone non debet in detrimentum ecclesie redundare.

Racioni congruit, vt succedat in onere qui substituitur in honore.

Nemo potest plus iuris transferre in alium quam sibi conpetere dinoscatur.

Bona fides non patitur, vt semel exactum iterum exigatur.

Dampnum quod quis sua culpa sentit sibi debet et non aliis inputari.

## Alie sentencie.

Obstandum est quibuslibet malis principiis, ne forte tamquam scintilla tenuis in flammam transeant destructiuam.

So folgen nunmehr noch etwas mehr als ein halbes hundert, darunter beispielsweise die nachstehenden.

Processus tunc indebitus et irracionabilis iudicatur, cum nec per accusacionis ordinem proceditur, nec accusator ydoneus conparet [1]), nec inscriptio precedit accusacionem qua ad talionem se obligat accusator, nec per denunciacionem rite proceditur denunciatore legittimo minime conparente, nec per inquisicionem iuste procedi poterit quam clamosa insinuacio non precessit.

Ex eo potest regnancium felicitas augeri potissime, et subditorum status pacificus conseruari, si regi regum grate deuocionis exenio studeant conplacere.

---

1) Cod.: *ydoneus non conparet.*

Beneficiatus benefactori suo debet iugiter exoptare, quod sit incolumis status eius, felix processus, et optatis successibus prosperis iugiter pociatur, et nihil ex se sibi remaneat quod suis beneficiis non obliget et mandatis, et quod in hiis viuere sub hiis senescere concupiscat.

## Prouerbia Senece.

Ab alio exspectes quod alteri memineris te fecisse.

Aut amat aut odit mulier: nihil quod sit tercium adhibebit.

Absentem ledit qui ebrium prouocat vel litigat cum eodem.

Im ganzen etwa ein halbes hundert bietet unsere handschrift, wovon wir die beiden letzten noch einsetzen.

Tunc sermo transibit faciliter in effectum, cum verba loquimur veridica et honesta.

Quicumque desiderat inperium et honorem, sibimet ipsi studeat inperare.

## Prouerbia naturalia.

Homo quoniam ordinatur ad quendam finem, conprehensionem racionis penitus excedentem, finem oportet esse precognitum in quem suas actiones et intenciones debet secundum racionis regulam ordinare.

Cum sapientis sit ordinare et etiam iudicare, iudicium autem per alciorem causam de inferioribus habeatur, is vere sapiens dicitur qui causam altissimam considerat, que est deus.

Cum sit homini naturale, vt ad intelligibilia per sensibilia perducatur, sub methaphoricis corporalium spiritualia et mistica sunt tradenda.

Von den weiteren, etwa vierzig an der zahl, nehmen wir noch die beiden letzten auf.

Si coniunctio ad coniunctionem proporcionaliter conparetur, constat quod coniunctio naturalis est prior et inmobilior alia qualibet amicorum, quia est secundum id quod ad substanciam pertinet, alie[1]) autem sunt superuenientes et possunt per pactiones remoueri.

Amicicia consanguineorum est stabilior, set alie amicicie possunt esse racionibus plurimis pociores secundum id quod proprium vnicuique amicicie reperitur.

---

1) Cod.: *alii.*

Prouerbia extracta de libris Salomonis.

Sancta religiositas a religiosis est ex eo purius obseruanda, quia cor iustificat et custodit, cordi iocunditatem atque speciale gaudium subministrans.

Accedens ad domini seruitutem stare debet in iusticia et timore, et ad temptacionem viriliter sustinendam suam debet animam preparare.

Nicht weniger als in die hundert und sechzig führt unsere handschrift auf, darunter noch die folgenden.

Gracia mulieris virtuose virum suum sedule delectabit, et illius ossa delectacionibus inpingwabit.

Gracia super graciam est censenda mulier sancta et etiam pudorata.

Sicut sol in mundo oriens in altissimis, sic mulieris bone species in ornamentis domus sue virtutis sue radiis eminet et resplendet.

Qui denudat archana amici, fidem se conprobat perdidisse.

Qui amici absconsa prodit inpie vel denudat, amicum ipsum postea non habebit.

Fontes sciencie debent ad alios deriuari, et aqua sciencie diuiditur in plateis.

Per eterne sapiencie prouidenciam reges regnant, et iuste decernunt legum prouidi conditores.

Diuicie in die non proderunt vlcionis, iusticia autem a morte animam liberabit.

Sicut humilitas fouet concordiam atque nutrit, sic inter superbos semper iurgia concitantur.

Melius est vocare ad holera cum caritate quam cum odio ad vitulum saginatum.

Qui maledicit patri suo et matri, lucerna eius in mediis tenebris extingwetur.

Qui custodit os suum, et lingwe sue ponit custodiam, ab angustiis suam animam conseruabit.

Sicut canis ad vomitum rediens, sic inprudens et peccator qui suam stulticiam iterat est censendus.

Sicut pix manus tangentis coinquinat, sic vnius mali consorcium plurimos dehonestat.

Ad conscienciam quisque se reuocet, vt prius propria corrigat et tunc aliena vicia reprehendat.

Expliciunt prouerbia et exordia.

# Incipiunt correctoria.

## 1) Abbas et conuentus suscipiunt electum ad apicem apostolice dignitatis.

Pastoris boni prouidenciam, qui ouile suis posuit ouibus ecclesiam scilicet orthodoxam, magnifice pariter et deuotis cordibus collaudantes, nouis graciarum actionibus extollimus et laudamus, pro eo quod noue lucis gaudio nos perfundens per vestre sanctitatis electionem canonicam et concordem vniuersalem ecclesiam decorauit, vtpote qui suas oues diligens et agnoscens ipsis in vestre dignitatis persona de pastore prouidit dignissimo sua gratuita pietate, qui luce prudencie rutilans, virtute et moribus adornatus, iniquitatem respuens, et diligens veritatem, conmisso gregi possit prodesse pariter et preesse.

Et quoniam ad salutem omnium Christi fidelium ad tante dignitatis apicem vos intelligimus exaltatum, de tante exaltacionis gracia medullis cordibus exultantes, ad ipsius glorie preeminenciam letis vos suscipimus mentibus ac serenis wltibus, reuerencia debita et condigna vestre sanctitatis pedibus supplicantes humiliter prouoluti, quatenus — nostram ecclesiam in protectionem sedis apostolice misericorditer assumentes — contra malefactorum incursus quibus[1]) multiformiter ledimur nos dignemini de conswete benignitatis gracia conseruare.

## 2) Conqueritur conuentus pape, abbatem suum a quodam interfectum.

Fundans Christus suam ecclesiam supra petram, Petrum ipsum beatissimum vicarium suum statuens, claues celorum ipsi tradidit, et prelaturam contulit apostolice dignitatis.

Cuius beati Petri cum isdem Christus vos esse voluerit successorem, a suis ouibus a lupis persecucionem pacienti-

1) Cod.: *quo.*

bus ad vestre sanctitatis excellenciam tamquam ad vniuersalis ecclesie pastorem est recursus habendus, cum vestra sanctitas Christi ouium sit refugium singulare.

Quia igitur a firmamento sedis apostolice clericale priuilegium emanauit, quo clerus positus est in securitate quodammodo speciali, in tantum vt manus in clericum iniciens voluntas exconmunicacionis vinculo innodetur, a quo non nisi per sedem possit apostolicam liberari, sanctitati vestre conquerimur lamentabiliter intimando, quod talis nostre ecclesie aduocatus — ex aduocato faciens se tyrannum — venerabilem patrem .. quondam abbatem nostrum, qui suam ecclesiam prouide gubernauit, pro eo quod suis tyrannicis iussionibus et dissipacioni qua monasterium in temporalibus dissipauit rite moderate et racionabiliter resistebat, timore dei postposito proch dolor interfecit.

Ne igitur ipsius exemplo assumant audaciam ceteri consimilia perpetrandi, vel idem tirannus eundem actum homicidii horribilem conmittat forsitan iterato, de benignitate sedis apostolice, cuius protectioni ecclesia nostra innititur, sic dignetur vestra sanctitas prouidere, vt quiete claustrali per vestre sanctitatis graciam procurata in regulari disciplina diuinis laudibus insistentes absque malorum incursibus possimus domino famulari.

Et vt hoc effectum debitum consequatur, flexis genibus et deuotissimis cordibus ad pedes vestre sanctitatis humiliter procumbentes suppliciter exoramus, quatenus .. decano viro potenti et zelum habenti iusticiam prosequendi litteras apostolicas dignetur transmittere vestra paternitas reuerenda, per quas accipiat in mandatis in ipsum occisorem et in reliquos nostri monasterii offensores aduertendi, et iurisdictionem apostolicam exercendi iuxta canonicas sanctiones.

### 3) Abbas denunciat pape, quod hereses pullulant in ecclesia in vicinia sua.

Summus pontifex Petrum apostolum sibi substituens sibi dixit, quod fides sua non deficeret, set conuersos [1]) fratres in fide pocius solidaret, fundans fidem orthodoxe fidei supra Petri firmissimum fundamentum.

Et quia ipsius prouidencia mundum gubernantis, qui et predictum apostolum apostolorum esse voluit principem et magistrum, vestre sanctitatis personam ad ipsius cathe-

1) Cod.: *conuersus.*

dram exaltauit, ad vos non inmerito tamquam ad patrem vniuersalis ecclesie, qui fidem habet catholicam confirmare ac pullulantes hereses confutare, omnes heresiarcharum hereses inficientes corda bonorum et tamquam virus atque toxicum animas occidentes sunt ad vestre sanctitatis preeminenciam defferende.

Dignitati vestre tamquam veri filii ecclesie sancte romane duximus intimandum, quod quidam — aput se sapientes, set insipientes veraciter aput deum, plus volentes sapere quam oportet, et scrutatores esse satagunt maiestatis — a via veritatis vere fidei aberrantes, plures articulos — in quibus hereticam prauitatem deprehendimus euidenter — tamquam aquas fontanas[1]) simplicibus exhibent et propinant.

Vnde tamquam vere fidei zelatores vestre paternitatis sublimitatem duximus deprecandam, quatenus heresibus talibus — ne per corda innocentum serpant amplius, et occidant plurimos innocentes — prouidencia prouida et remediis debitis dignetur occurrere vestre prudencia sanctitatis, cum principiis talibus sit obstandum, ne scintilla tenuis in flammam transeat destructiuam, aut morbus modicus inualescens medicina dilata nimium vix ad conualescenciam valeat reformari.

### 4) Abbas scribit episcopo, quod concordet duos in discordia electos.

Christus, pax nostra, vtraque vnum faciens, episcopalem gloriam ad hoc in ecclesia vigere voluit et florere, vt — sicut ipse imis summa reconcilians et a deo hominem discordantem per mortis sue remedium ad pacis federa reuocauit — sic et episcopus quilibet in sua dyocesi pacis auctor esse debeat et amator.

Quia igitur in ecclesia tali vestre dyocesis duo prelati in discordia sunt electi, ex quorum etc.

### 5) Abbas hortatur monachum suum in episcopum electum, vt qui prius in statu humili bonus fuerat bonitatem in sublimi statu non deserat.

Licet sapiencia dei patris ewangelizando preconizet ecclesie filiis vniuersis, quod qui se exaltauerit humilietur, qui vero se humiliauerit exaltetur, vtrum permissione ipsius etc.

---

1) Cod.: *surtiuas? furtiuas?*

### 6) Abbas hortatur amicum in discordia in episcopum electum, vt cedat.

Quod nullus hominum sibi honorem debeat assumere, set qui vocatur a deo tamquam Aaron, apostolus edocet euidenter.

Licet ergo bonum opus desideret qui episcopalis apicis appetit dignitatem, non tamen conatu proprio debet accedere, set a domino pocius etc.

### 7) Abbas hortatur episcopum, vt quosdam in sua dyocesi discordantes et scandalum ac incendia facientes concordet.

Mediator dei et hominum Jesus Christus, reconcilians ima summis, ad hoc vos suis ouibus errantibus voluit [1]) prodesse et preesse, vt a veris pascuis quibus anima pascitur aberrantes et se luporum morsibus exponentes sub cura vestri officii pastoralis in vnum colligeret et pacis vinculo copularet.

Cum itaque rex pacificus hanc vobis sollicitudinem pre omnibus ex assumpti regiminis officio reconmiserit et iniungat, vt quoslibet in vestra dyocesi etc.

### 8) Abbas respondet amico querenti vtrum acquiescere debeat volentibus eum eligere in episcopum.

Deus mundi dispositor, qui disposuit omnia in numero pondere et mensura, sic in electis suis preuenientem [2]) graciam per subsequentem perficit atque inplet, vt alii in sublimitate graduum constituti maioris excellencie premium in celesti gloria consequantur quam in gradu humiliori etc.

### 9) Abbas et conuentus creatum de nouo episcopum suscipiunt et salutant.

Pastor bonus, qui pro suis posuit ouibus animam, et — christianorum episcopus animarum — oues suas in vestra dyocesi constitutas de alto respiciens, ipsasque visitans et requirens, ne a pascuis saluti sue conpetentibus aberrarent, seu lupi eas — heretici scilicet — dissiparent, vos eis patrem pretulit et pastorem, qui verbo eas pasceret etc.

---

1) In der handschrift fehlt *voluit*. 2) Cod.: *pre veniente*.

10) Abbas scribit episcopo dyocesis, vt monasterium nigri ordinis sue dyocesis volens transire ad nostrum ordinem permittat.

Exiit de corde patris filius in hunc mundum, semen suum in agro ecclesie seminare.

Et licet omne semen, quod isdem dei filius seminauit, in se salutiferum fuerit et salubre, aliud tamen supra petram cadens aruit, et inter spinas aliud suffocatur, seu secus viam iactum ab hominibus conculcatur, quartum tamen in terra bona et optima seminatum profecit adeo et excreuit vt fructum centuplum germinaret.

Cuius germinacionis fructum beatissimi Benedicti regulam estimantes, quam diuinitus inspiratus ad racionis medium sic reduxit, vt omnis secundum eius normam in domino se exercens — sicut oliua fructifera in domo domini conplantatus, et sicut lilium germinans — fructum multiplicem et vberem germinaret.

Quia igitur ex hoc iacto semine nigri ordinis excellencia progrediens et procedens profecit in fructus vberes, immo vineam speciosissimam, suosque palmites longe lateque per mundi clymata dilatauit, per multorum curricula temporum proficiens in virtutibus et excrescens tamquam triticum preelectum, inimicus tamen homo in [1]) processu superseminauit in medio tritici zizania. quod et proch dolor in agris monasteriorum plurimis sic profecit, vt a tritico vix discerni valeat zizania.

Et quoniam almus spiritus, omnium illustrator, tales seruos suos vestre dyocesis per graciam visitans, ipsis misericorditer inspirauit, vt in [1]) defectum et transgressionem regule — quam professi vota ipsius suis labiis distinxerunt — se transgredi intelligant, et in statu periculoso positos se non ambigant, ex eo quod non obseruant legem regule, cui se voluntate subiecerunt, ad hoc nunc — sancto spiritu inspirante — sua corda vnanimiter inclinarunt, ad nostrum ordinem plantatum ex eadem regula transeuntes, vt [2]) nobiscum iuxta professionem deo factam amodo ipsam teneant et obseruent.

Quare vestre dignacionis excellenciam deuotis cordibus supplicamus, quatenus — cum sancto spiritui nequaquam sit ab aliquo resistendum, set eius inspiracioni cooperandum

1) In der handschrift steht *in* nicht. 2) In der handschrift fehlt *vt*.

sit et fideliter obsequendum — vestra paternitas quod ipse sanctus spiritus per suam misericordiam inchoauit dignetur de consweta beniuolencia fauorabiliter consummare, dando licenciam et liberam facultatem monachis supradictis se suumque monasterium ad nostrum ordinem transferendi.

11) Denunciat abbas episcopo concursum populi ad locum inutilem et periculosum animabus.

Sicut humani corporis oculus gressus et operaciones dirigit corporales, sic in corpore sue ecclesie dignatus est vos altissimus sublimare, vt membra subiecta ab erroris deuio et peccatorum tenebris reuocantes ad actus lucidos dirigatis.

Propter quod iustum ac racioni consentaneum iudicamus, vt vniuersa que in vestra dyocesi errorem sapiunt etc.

12) Abbas denunciat abbati, quod filius suus ad hoc laborat vt monasterium suum alteri subiciatur.

Quanto spiritus noster vestro sinceriori iungitur glutino caritatis, tanto dolorosius et amarius ea que contra vestri honoris et vtilitatis conmoda militant sustinemus.

Et quia dampnum amici senciens et non prodens videtur amicum non cordialiter diligere vel amare, hinc est quod vestri monasterii dispendia narracione etc.

13) Petit abbas ab abbate, vt dilapidatam reformet filiam et sibi eam habeat in filiam.

Quoniam rerum dispositor et hominum gubernator singulis prouidet iuxta sue beneplacitum voluntatis, alios fortuna iuuans et erigens in sublime, alios vero per infortunium ab alto deiciens in profundum, id[1]) ipsum in nostra filia tali per ostensionis euidenciam satis claret. que[2]) cum a retroactis temporibus rerum opulencia temporalium etc.

14) Abbas petit a domino cysterciensium, vt filiam suam dilapidatam transferat in abbatem alium qui reformet.

Sicut racio bonum concipit faciendum, voluntas autem id quod conceptum est precipit exequendum, sic gloriosus deus et sublimis vos in corpore mystico posuit tamquam voluntatem bona opera libere inperantem.

---

1) Cod.: *ad.* 2) Cod.: *qui.*

Hinc est quod equum et iustum immo racionabile iudicamus, vt et bona, quamquam ab inferioribus etc.

15) Vocatur abbas ab abbate ad visitacionem suam propter ardua negocia.

Vt saluti animarum salubrius consulatur,[1]) ea que imminent earum pericula salubri virorum prudencium consilio sunt tractanda.

Et quia visitandi gracia nostram talem filiam accedentes, casus graues in ea reperimus et perplexos, qui discussione et enodacione indigent sapientum; teste enim sapientissimo Salomone vbi multa consilia ibi salus; quia igitur enodacionem seu discussionem casuum predictorum excedere vires nostri credimus intellectus, paternitati vestre, quam ex persona nouimus in negociis ordinis explicandis, deuotissimis precibus supplicamus, quatenus nobis — vestre dignacionis presenciam die tali in predicta nostra filia fauorabiliter exhibentes — consilii vestri graciam super hiis que proposuerimus viua voce dignemini inpertire, vt vestro consilio nos in dubiis dirigente ad dei laudem et gloriam nostre visitacionis officium debite conpleatur. sicque fiet, vt ordinacionis ac correctionis iuste quam de vestro consilio fecerimus deus reddat vos participem et consortem.

16) Laudat abbas abbatem pro eo quod filium apostatam redeuntem qui eum turbauerat bene tractat.

Quoniam iuxta phylosophum virtus circa arduum et difficile se exercet, tanto virtutis actus est conmendabilior et graciosior coram deo, quanto ex maiori difficultate et difficiliori conatu progreditur et procedit.

Inter alia autem opera virtuosa magis difficilis videtur esse dilectio inimici, qua homo se ipsum etc.

17) Abbas abbatem conmendat ex eo quod a suo monasterio vicia exstirpauit.

Sicut ortulanus ortum suum excolens diligenter herbas inutiles exstirpando ac vtiles et plantas fructiferas conplantando, sic prelatus exstirpans ab agro monasterii zizania et lolia viciorum ac plantans virtutum triticum est ab omnibus non inmerito conmendandus.

Cum igitur vestri predecessores tamquam inutiles ortulani spinas in domo vestra succrescere permiserint viciorum etc.

---

1) Cod.: *consuletur*.

### 18) Hortatur pater abbas filios ad obseruandam ordinis disciplinam, cum non possit visitare personaliter illo anno.

Rex regum omnium et prelatus omnium prelatorum, de celo prospiciens super filios hominum quos gubernat, et diligenter considerans et aduertens quis eum sit intelligens aut requirens, ad hoc prelatos ecclesie suis pretulit ouibus quas redemit, vt[1]) oculis mentis iugiter vigiles sollerter inuigilent et intendant super prouisione ouium conmissarum.

Licet igitur ex conmissi nobis officii regimine teneamur prospicere super vos iugiter oculo racionis, quis in vobis sit sollicitus per vias incedere mandatorum dei et preceptorum eius semitas obseruare, anno tamen presenti, quamquam ex officii debito vos visitare personaliter teneamur, presencie nostre copiam — negociorum diuersorum tumultibus perstrepentibus — nequaquam possumus exhibere.

Ne tamen per nostram absenciam corporale visitacionis officium annuum negligatur, reuerendum in Christo patrem dominum . . abbatem talis monasterii, de cuius prudencia pariter et industria specialiter presumimus, dilectioni vestre duximus transmittendum, qui vicem nostram suppleat quoad visitacionis officium corporale pleniter et perfecte.

Quare vestre circumspectionis vigilanciam exhortacione deuotissima presentibus exhortamur, quatenus eundem, cui vicem nostram quoad visitacionis officium inpendendum conmisimus in plenaria potestate pro anno presenti dumtaxat tam in capite quam in membris, reuerenter et deuote receptum, obediatis eidem in omnibus que ad correctionem morum et reformacionem regularis discipline pertinent per omnia tamquam nobis.

Sic vt vestra obediencia et reuerencia per eundem patrem venerabilem sibi a vobis exhibita intellecta deuocionem vestram debeamus nostro in merito conmendare, sic e diuerso, si — quod absit — hiis contraria euenirent, nos conmotos suo tempore sentiretis.

### 19) Excusacio abbatis transeuntis per viciniam abbatis amici et non visitantis eum.

Quamquam non ignoremus, immo plenius nobis constet, racionis oculo illustrante, quod conceptum amicicie affectum mutuum conuictus continuus amicabilis nutriat perficiat et confortet, ne tamen vestre sinceritatis puritas etc.

1) Cod.: *et.*

## 20) Abbas trahit adolescentem ad ordinem studentem Parysius.

Quoniam redemptor noster peregre proficiscens, id est in patris dextera carnem assumptam collocans, ad hoc seruis suis dona distribuit, videlicet dona naturalia largiendo, vt per ipsa pertingat homo ad graciam gratum deo et amabilem facientem, nos audientes personam tuam donis scilicet naturalibus multipliciter redimitam, te cautum esse volumus et sollicitum coram deo, ne tamquam seruus inutilis talentum sibi creditum in terra fodiens et abscondens, cum racionem exacturus venerit, multiplicata dona commissa non inuenerit set neglecta.

Quia igitur iuxta Bernhardi beatissimi documentum ingenium ars et sciencia aquisita sunt instrumenta viciorum pariter et virtutum, tue subtilitatis intelligenciam exhortamur, quatenus hec que premisimus, quibus altissimus tuam nobilitauit animam et pre aliis insigniuit, non viciorum set virtutum tibi materiam subministrent. quod non alio modo quam eo quod totum illi tribuas a quo totum habes quod possides debite credimus adinpleri, fugiendo eam que in mundo est corruptionem, ad religionis sublimitatem velociter conuolando. nam iuxta beatum Jacobum inimica est deo amicicia huius mundi. cum enim mundus et eius concupiscencia transeat sicut fumus, et per motum continuum suos filios inquietet, omnis sapiens filius — ne cum mundo labatur labili — religionis firmum debet arripere fundamentum.

Propter quod, fili karissime, ad nostre te religionis consorcium inuitantes, inflanti sciencia derelicta, ad caritatem que edificat, quam per religionis obseruanciam plenius assequeris, te cursu prepedito[1]) cupimus transuolare.

## 21) Abbas reuocat monachum suum ab apostasia ad ordinem.

Si professionis tue qualitatem et voti sollempnis emissi grauitatem diligenter attenderes, statum tuum obstupesceres et horreres.

Cum enim legis lator noster beatissimus Benedictus in lege tua, sua regula scilicet, ad quam te etc.

---

1) Cod.: *prepediti.*

22) Abbas condolet abbati super pressuris et tribulacionibus quas patitur.

Quicunque diligit alterum sincera et plenaria caritate, suis tamquam propriis aduersitatibus condolet et prosperitatibus colletatur.

Cuius etiam caritatis experienciam nos habentes, ex vestre infirmitatis inconmodo tamquam etc.

23) Abbas congaudet abbati qui de infirmitate conualuit.

Sicut amor naturalis, membra humani corporis in vnum colligens et connectens, lesionem mutuam in vno quoque facit tamquam propriam experiri, sic — cum Christi caritas nos coniungat et vnius efficiat voluntatis — regula exigit racionis, vt alter alterius sufferencias et labores senciat et supportet.

Quia igitur audientes ex multis infortuniis vos grauatum, et molestiis multiplicibus etc.

24) Abbas hortatur abbatem cedere volentem vt persistat in abbacia.

Exemplum suarum pastoribus ouium perseuerancie prebens et exhibens, pastor bonus — vociferantibus Judeis inpiis vt descenderet — vsque ad redempcionem plenam passionis dolorem sufferens, in crucis patibulo perdurauit.

In quo non ab re[1]) credimus prelatos ecclesie informatos, vt in cruce prelature affixi clauis obediencie perseuerent, nec etiam aliis perswadentibus etc.

25) Abbas causatur contra abbatem, quod plus diligat eum quam diligatur ab eo.

Scrutans corda et renes deus hominum, et cogitaciones eorum per consequens intuens et contemplans, de occultis mencium cogitacionibus certitudinaliter iudicat.[2]) scriptura sacra siquidem attestante homo videtur in facie, deus autem cordis intima speculatur.

Propter quod non inmerito cogimur ammirari, quod — illud quod est dei proprium vsurpantes — secreta etc.

---

1) Cod.: *non abre.* 2) Cod.: *indicare.*

26) Abbas consulit patrem abbatem, si monachum quarto apostatantem recipere debeat.

Sicut inferiora a corporibus supercelestibus sue virtutis affluenciam assecuntur, ac ad actus proprios diriguntur, sic subiecti a suis maioribus — quos deus super eorum capita posuit — debent in dubiis et perplexis casibus informari.

Quia igitur deus sublimis, iuste gubernans et ordinans vniuersa, vos nobis pretulit ad hoc etc.

27) Abbas ordinis excusat se nigro abbati super monacho suo vagabundo recepto ab eo, de quo conqueritur et obiurgat.

Miserator et misericors dominus, qui mortem peccatoris non desiderat set vt viuat pocius et ad ipsum per suam [1]) penitenciam conuertatur, nostrum ordinem ad hoc instituit ex gratuita pietate, vt ad ipsum tamquam ad locum refugii recursus a cunctis mundi partibus ab hiis qui vlcionem eternam euadere voluerint habeatur.

Et quoniam de beniuolencia sedis apostolice libertate tali[2]) ipse ordo noster a deo est donatus, vt ad ipsum recipi valeant e seculo fugientes etc.

28) Abbas reprehendit quendam abbatem pro eo quod cum esset vtilis suam deseruit ecclesiam.

Cum hec sit differencia inter corporalia et spiritualia construenda, vt corporalia difficillime [3]) construantur set faciliter destruantur, spiritualia vero facillime construantur set non sine difficultate maxima destruantur, mirari cogimur nec sufficimus ammirari, quod — cum matrimonium inter vos et vestrum monasterium licet breui consensu rite et canonice sit contractum — vos inprouide ad diuorcium ipsius matrimonii per inspiracionem sancti spiritus celebrati[4]) procedere presumpsistis.

Qua ex re iudicamus verisimiliter vos errasse, ex eo conclusionem etc.

29) Denunciat abbas transiens per Vngariam ordinem ibi nimium dissolutum.

Licet ordinem nostrum pater celestis, verus agricola, in agro sue ecclesie plantauit vineam speciosam, cuius et

1) Cod.: *vie.*
2) Cod.: *apostolice libertati.*
3) Cod.: *difficile.*
4) Cod.: *celebratum.*

germen delectabile sibi esset, ipsa tamen vinea — licet vsque ad mare et per mundi climata suos dilatauerit palmites habundanter — in quibusdam tamen partibus vestre gubernacioni [1]) subiectis non videtur [2]) vuas facere set labruscas.

Quod vt planius atque plenius vestre paternitatis prudencie patefiat, eam — cuius famam et honorem affectuose diligimus — nolumus ignorare, quod anno presenti pro quibusdam ordinis negociis disponendis partes Vngarie transeuntes, et ad vestras in transeundo filias declinantes, rigorem ordinis in tantum deriguisse conperimus, ac disciplinam monasticam sic inuenimus penitus eneruatam, vt quasi vix vestigia quedam obseruancie regularis inibi refulgerent, ita vt illud verbum dominicum prolatum voce prophetica de eisdem domibus plantatis in vineam domini Sabaoth merito dici posset: materiam eius aufferam, et sepes eius diripiam, et erit in conculcacionem cuilibet transeunti. nempe verisimiliter est timendum, quod — nisi vestre paternitatis sollercia ad reformacionem plenam earundem domorum inuigilet efficaciter et intendat — domus eedem [3]) fiant in prouerbium et in scandalum toti terre, et per consequens non solum pereant in se ipsis, verum etiam occasionem dent domibus aliis ordinis pereundi.

Quocirca paternitatis vestre prouidenciam plena fide et cordis sinceris affectibus exhortamur, quatenus — cum hec noxa et eius periculum sibi annexum videatur in vestre dignacionis prudenciam redundare — sublato more dispendio opem et operam ad hoc curetis efficaciter adhibere, vt predicta claustra que iamiam [4]) proximant ad ruinam efficaci adiutorio reformentur, ne forte — si sero medicina paretur — iam non sit locus seu possibilitas reformandi.

### 30) Peticio abbatis ad abbatem, vt recipiat quendam in monachum et confratrem quem ipse recipere non potest.

Quanto feruorem feruensque desiderium fratris H, exhibitoris presencium, plenius intelleximus et propensius aduertimus, tanto peramplius et perfectius peroptamus vt affectus sui desiderium transeat in effectum.

Licet enim ipsum regi regum militare in nostro ordine etc.

---

1) Cod.: *gubernacione.*
2) Cod.: *vident.*
3) Cod.: *cedere.*
4) Cod.: *que in anima.*

31) Abbas remittit monachos sibi missos, quos propter penuriam non potuit conseruare.

Licet ad instar humani corporis diuersa membra ordinis vniuersi tamquam vnum corpus mysticum censeantur, et per consequens velut membra corporea conmunicare sibi debeant proprias actiones, quia tamen oculis virtute visiua priuatis non poterit inputari si pedum ad ambulandum non dirigant viam rectam, sinceritatem vestram a simili[1]) nolumus ignorare, quod — quamquam hac luce clarius cognoscamus, vt alter alterius onera debeat supportare — hostili tamen vastacione ac aeris intemperie diuersisque aliis infortuniis inpediti, nequaquam pro anno presenti sufficimus nostre domus monachis victualia ministrare.

Quo circa discrecioni vestre deuotis precibus supplicamus, quatenus ex certis racionibus etc.

32) Abbas transmittit abbati monachos dispersionis tempore reseruandos.

Quoniam mutue caritatis affectus tunc veraciter ostenditur per effectum, quando secundum apostoli documenta nos inuicem in mutuis necessitatibus subportamus, hinc est quod — cum anno presenti, peccatis nostris exigentibus, domino permittente, defectum victualium ex diuersis infortuniis irruentibus grauem adeo paciamur, vt nostrum conuentum dispergere necessario conpellamur — de vestre sinceritatis constancia gerentes fidei confidenciam singularem, fratres .. exhibitores presencium, monachos domus nostre, ad vestre paternitatis gremium destinamus, rogantes precum instancia deuotarum, quatenus ob reuerenciam ordinis et intuitu pietatis eosdem per istius anni circulum vestri conuentus sacro collegio dignemini sociare.

33) Scribit abbas filio, vt sibi volenti visitare ab aliquo occuratur.

In tali loco constituti ad presens presencialiter, ac visitacionis officio inibi iam vacantes, ipso peracto, versus domum vestram nostri gressus itineris concedente domino dirigemus.

Quocirca vestre prouidencie presentibus supplicamus,[2]) quatenus vnum de vestris monachis ad hoc aptum, habentem

1) Cod.: *vestram assimili.*

2) Cod.: *sump*? mit der übergeschriebenen endung *mus.*

viarum noticiam et etiam personarum, in occursum nostri tali die hora prandii transmittatis, qui nobis ibidem prandium preparet ipso die, et secure in crastino vlterius — ad domum vestram videlicet — nos conducat.

34) Conmissio abbatis qua conmittit visitacionis officium.

Quia — diuersis ac variis negociis prepediti — visitacionis officium anno presenti vobis inpendere non possumus, vt vellemus, de prouidencia reuerendi patris in Christo domini abbatis . . presumentes, vicem nostram quoad visitacionis officium vobis inpendendum auctoritate presencium duximus conmittendum, dantes ei plenariam potestatem tam in capite quam in membris statuendi reformandi ordinandi et etiam corrigendi quidquid secundum formam ordinis rite fuerit corrigendum.

Vobis vero, domine abbas, vestroque conuentui damus firmiter in mandatis, precipientes auctoritate visitatoria, quatenus predictum patrem — cum ad vos venerit gracia visitandi — benigne recipientes, ipsum reuerenter et honorifice pertractetis, obedientes ei et deuoti existentes in omnibus et per omnia tamquam nobis, vt ex hoc vestre deuocionis obedienciam debeamus non inmerito conmendare.

35) Scribit abbas filiis, vt abbati cui conmisit visitacionis officium obediant sicut sibi.

Licet racione paternitatis filie nostre, domui tali, visitacionis officium annuum inpendere personaliter deberemus, quia tamen — diuersis ac arduis ecclesie nostre negociis irretiti — ipsam anno presenti nequimus in persona propria visitare, de vestre paternitatis prouidencia ac mutue caritatis firmitate gerentes plenam confidenciam atque certam, sinceritatem vestram rogamus precum instancia supplici et deuota, quatenus filiam nostram predictam — cum primum vobis videbitur expedire — amore nostri personaliter accedentes, eidem auctoritate et vice nostra visitacionis officium inpendatis.

Damus enim paternitati vestre auctoritate presencium plenam et liberam facultatem, in ea domo statuendi ordinandi reformandi corrigendi etc.

36) Abbas scribit abbati, vt testamentum defuncti comitis dispensans de dampnis sue ecclesie recordetur.

Licet collegium ordinis vniuersi vnum corpus misticum efficiat nostri capitis Jesu Christi, quia tamen vnimur spe-

cialius quodam singulari glutino caritatis, de vestre sinceritatis industria tamquam de nostri pectoris intimo presumentes, vos tamquam nos alterum conmonemus, quatenus — cum sicut conpertum habemus vir nobilis comes . . graui correptus infirmitate, et quasi mortis articulo constitutus, testamenti sui disposicionem in sui vltima voluntate in vestris posuerit manibus in plena potestate — vos eundem comitem curetis sollicicius conmonere, piisque vestris exhortacionibus ad hoc efficaciter incitare, vt — memor dampnorum et etiam iacturarum, que per ipsum nostra ecclesia sustinuit multiformiter sine causa, de quibus nulla satisfactio seu reconpensacio est penitus subsecuta, vt eterne dampnacionis penam euadat — nobis procuret restitui dampna eadem conpetenter, sicut euadere voluerit diuine iudicium vlcionis.

Si vero circa exhortacionem huiusmodi vestra sinceritas efficaciam non[1]) viderit aliqualem, tunc affectuosis precibus exoramus, vt — si sic videritis expedire — vestris nobis reciprocis litteris demandetur vel intimetur, vtrum expediat nos ad eundem comitem in persona propria laborare, an idem negocium nobis absentibus[2]) per vestram possit presenciam facilius terminari, taliter in hoc salubri negocio pro nobis sollicite laborantes, vt ad consimilia vel maiora vobis debeamus in perpetuum obligari.

37) Abbas intercedit pro apostata redeunte.

Sicut vnaqueque res iuxta proprietatem sibi insitam suas exequitur naturaliter actiones, sic — quia deo semper est proprium misereri — fratrem talem . . quondam vestrum monachum ad sacrum collegium ordinis de mundi tenebris misericorditer etc.

38) Abbas petit consilium ab abbate super monacho suo cognato dissoluto, quid faciat de eodem.

Licet rex summus ad celeste suum conuiuium multos vocarit,[3]) multique vocati ei male viuendo iuxta dictum beati Gregorii contradicant, quia tamen dominus vocare non desinit ad ipsum conuiuium debiles et infirmos, nos verisimiliter metuentes ne vester consangwineus — vestri amore nostri conuentus collegio sociatus, quamquam vocatus per preuenientem graciam — ad celeste nolit conuiuium introire, etc.

1) In der handschrift steht *non* nicht.
2) Cod.: *absente*.
3) Cod.: *vocans*.

39) Rescriptum abbatis pro monacho delinquenti.

Quod vester nobilis spiritus deo gratus nostro iungatur spiritui singulari quodam glutino caritatis, inmensitas affectuose fidei, nobis in nostro consangwineo exhibita per effectum, argumentis irrefragabilibus conprobat.[1])

Licet enim inter frondosas arbores vestri collegii velut oliuas fructiferas ipse arbor sterilis constitutus etc.

40) Abbas abbatem infirmantem per suas litteras consolatur.

Quoniam incircumscriptus ille spiritus increatus amoris sui vinculo sic vniuit corda nostra indissolubili federe caritatis, vt tam prospera quam aduersa nobis mutuo debeamus non inmerito vendicare, conperto nuper infirmitatis corporalis molestia vos grauatum vel correptum, conpassiui doloris aculeus nostri cordis intima sauciauit.

Qui dolor tantum inualuit in nostri pectoris penetrali, vt non curari valeat nisi vestre etc.

41) Rescriptum abbatis infirmantis de consolacione sibi facta regnantis.

Quod vis amoris ac amor vigorosus, quo vestra paternitas dignanter nos amplectitur, sit sincerus, efficacia fidei per transmissum nuncium demonstrat et edocet euidenter.

Cum enim amicicie sit proprietas et condicio propria, vt amici statui se conformet in omnibus etc.

42) Data littera eiecto ad abbates ordinis vniuersi.

Venerabilibus in Christo patribus, cysterciensis ordinis abbatibus vniuersis, presentes litteras inspecturis frater . . talis abbas eiusdem ordinis cum salute in domino caritatis visceribus habundare.

Quia natura sagax id euidenter edocet et ostendit, quod arbor in vno loco naturaliter radicata et alibi artificialiter transplantata vberiores fructus parit et germinat incrementa, idem a consimili in homine qui arbor euersa dicitur videtur et perpenditur satis clare. non enim cuilibet homini locus idem vel professio eadem noscitur expedire, prout in antiquis sanctis patribus — Jeronimo scilicet

1) Cod.: *conprobatur.*

et aliis — ostenditur manifeste, quia [1]) de loco famosiori et statu sublimiori ad inferiora humiliter descendentes sunt plus quam in statu priori fuissent in celesti gloria sublimati.

Huius itaque rei causa fratrem . . nostrum monachum et sacerdotem apud nos receptum in monachum et confratrem, cui quibusdam ex causis seu temptacionibus deo iusto suo iudicio permittente nobiscum stare non conpetit, prout asserit, nec saluti sue anime expediens iudicat deo nobiscum amplius militare, set aduersus principem tenebrarum se credit alibi virilius atque forcius dimicare, vniuersis vobis et singulis quibus hoc presens scriptum exhibuerit ipsum duximus transmittendum, discrecionem singulorum et prudenciam exhortantes, quatenus eundem fratrem — ne tamquam ouis errabunda luporum morsibus exponatur — ipsum in visceribus Jesu Christi benigne ex vobis recipiatis, cui hoc diuinitus fuerit inspiratum.

Nos enim presentibus publice protestamur, quod — postquam vni vestrum cuilibet decreuerit profiteri, illeque professionem suam admittens ipsum recipere voluerit in monachum et confratrem — ex tunc professione tali facta, sit ab obediencia nostra nostrique monasterii consorcio absolutus, ita vt per has presentes de expresso consensu nostro nostrique conuentus plenarie procedentes sit ab inpeticione qualibet liber in posterum et securus.

43) Excusat abbas cuiusdam abbatis filium, quod non sit dilapidator, sicut intellexerat.

Quamquam fame wlgaris rumor seu inpii forsitan delatores vestri tranquillitatem animi contra vestrum talem filium reddiderint perturbatam, quasi idem villicacionem sui monasterii tamquam inprouidus dispensator nec recte dispensauerit, inmo substanciam ipsius dissipauerit inhoneste, quia tamen vox inimica non est in talibus audienda, nec fame que plerumque de radice falsa progreditur faciliter est credendum, paternitatis vestre prouidenciam cuius quietem diligimus cordialiter exhortamur, quatenus — turbacione huiuscemodi sic concepta a vestri cordis consistorio propulsata — per pacienciam dignemini veritatem huius rei omnimodam prestolari.

Nos enim tamquam vicinus eiusdem, et plene conscius veritatis ex certis, presentibus intimamus etc.

---

1) Cod.: *qui*.

44) Abbas vocat abbatem vicinum ad deposicionem abbatis sui filii.

Ne fame wlgari, que non numquam a fallacibus oritur et a falso, de facili fidem adhibere credulam videremur, insinuacionem clamosam ad nos delatam multiformiter nolentes admittere set veritatem pocius indagare, iuxta paternitatis vestre consilium filie nostre, tali domui, sine abbatum comitiua de pleno visitacionis officium curauimus exhibere.

Cumque causam dilapidacionis nobis delatam inquisicione diligenti a singulis inquisissemus, ab omnibus etc

45) Excusacio abbatis, quod non possit venire vocatus ad deposicionem.

Licet amicus ex eo quod sit custos animi nuncupetur, quia tamen sic est amicicia exhibenda, vt exinde proximus non ledatur, nec redundet in preiudicium aliorum, paternitatis vestre prouidenciam volumus non latere, quod — quamquam contra opinionem nostram imo fidem credulam dominum . . abbatem talem, vestrum filium, ex certo deprehenderitis suam dilapidasse ecclesiam in tantum etc.

46) Abbas petit ab abbate, vt priorem suum concedat a conuentu filie electum canonice in abbatem.

Super excusacione subtractionis vestre presencie personalis, quam nobis petiuimus exhiberi, vnde motiuum animi perpendentes, ac perpendendo racionabilem iudicantes, vos habemus et habere volumus amicabiliter excusatos.

Vestre itaque persone habere copiam non valentes, assumptis nobis quibusdam patribus, ordinis abbatibus reuerendis, ipsorum fulti presencia, filiam nostram . . accedentes, ipsis approbantibus et causam legittimam cernentibus, abbatem ipsius loci pro dilapidacione quam effecerat sentencialiter remouimus ab officio abbacie.

Monasterio igitur sic abbate proprio destituto, iuxta formam ordinis conuentus ipsius monasterii etc.

47) Prior cuiusdam domus electus in abbatem conceditur ab abbate proprio sue domus.

Quod raciones excusacionis nostre super nostra presencia denegata benigne ac fauorabiliter admisistis, id discreconi vestre eximie deputantes, de tante discrecionis libramine grates referimus vberes ac deuotas.

Quia vero, fulti abbatum reuerendorum ordinis comitiua, ad absolucionem vestri filii ac substitucionem etc.

48) Abbas hortatur de gremio sue ecclesie electum, vt magis proficiat in officio reconmisso.

Benedicta sit creatrix et gubernatrix omnium, sancta trinitas, vnus deus, que celestia simul ac terrestria iusto moderamine moderatur et secundum iustam racionis exigenciam prouidet vniuersis, cui de gracia singulari sic placuit nostrum monasterium decorare, vt tamquam vinea fructuosa suos etiam palmites alibi transplantaret.

Quod ex eo cernitur euidenter, quod vos ipsius vinee palmitem speciosam plantare voluit in loco etc.

49) Abbas conuentui supplicat, vt abbatem sibi datum reuerenter tractent.

Auctoritate sacrorum canonum satis liquet, et illustracione patet luminis racionis, vota eligencium seu postulancium sibi aliquem in abbatem vel pastorem procedere ex arbitrii libertate.

Ex quo concluditur et probatur, quod electores vota sua dirigere possunt libere in personam annosam seu tempore iuuenilem.

Propter quod non inmerito cogimur ammirari, quod — cum electio sit vnanimis de nostro priore etc.

50) Abbas conqueritur visitatori de precessore suo, quod superbiat contra eum.

Ingratitudinis vicium tunc vt credimus deprehenditur in ingratis, cum non solum beneficia prestita parui pendunt, verum etiam benefactores per ipsa beneficia lacerant et inpugnant.

Cuius effectum vicii in fratre . . qui nos precessit nuper in officio abbacie per certam euidenciam etc.

51) Abbas pater suos filios reprehendit super eo quod — contemptis aliis — meliores se aliis ordinibus gloriantur.

Sicut gloria patris est filius sapiens, et per consequens in sua sapiencia gloriatur, sic e diuerso per insipienciam filiorum confunditur et turbatur.

Sane ad aures nostras non absque dolore nostri pectoris est delatum, quod quidam ex vobis etc.

52) Abbas filius conqueritur patri de suo cellerario, quod tamquam aspirans ad abbaciam multa suscitat ei mala.

Legis lator noster, beatissimus Benedictus, volens abbatis officium prouide et salubriter exerceri, eidem conmisit in regula, lege nostra, fratres de quorum vita et moribus sit securus ipsum sibi in cooperatores assumere, quibus et sua onera parciatur.

Quod et statutum seu consilium attendentes, fratrem . . de cuius industria specialem confidenciam etc.

53) Abbas scribit abbati in romana curia constituto, vt obtineat ei iudices delegatos.

Rex pacificus pia miseracione disposuit, sibi subiectos fore pacificos et modestos. set malorum cupiditas effrenata tot filiis pacis noua litigia cottidie generat, tantisque molestiis eos afficit ac perturbat, vt contra eorum insultus superiorum cogantur potenciam inplorare.

Huius itaque rei causa vos audientes in romana curia presencialiter constitutum, vestre paternitatis sollicitudinem qua sollicitamini pro filiis ordinis multipliciter conmendantes, deum magnifice deprecamur, vt ad reprimendam maliciam reproborum vos dirigat dei prouidencia, sedem vobis apostolicam reddens beniuolam et attentam.

Et quia malis consimilibus et nos afficimur a malignis, ad confutandam audaciam peruersorum fratrem . . exhibitorem presencium tanto fiducialius nunc ad curiam misimus memoratam, quanto de vestre cooperacionis subsidio presumimus specialius et speramus. quia autem idem frater in astuciis curialibus et in inpetrandis iudicibus non est tritus, paternitatis vestre prouidenciam supplicamus, quatenus — cum vos tamquam nos alterum exigente fide mutua reputemus — causam nostram, cuius qualitatem vobis scripsimus per eundem, amore nostri tamquam propriam assumentes, ipsam vice nostra sedi apostolice proponatis, petentes iudices delegatos, quos idem lator presencium nominabit, ad nostri munimen monasterii et repressionem malicie malignorum.

In quo nobis amicicie quam speramus efficaciam exhibebitis, cui ad graciarum actionem perpetuo obligemur.

Noua vero curie, si qua contingunt nostrum ordinem, rescribi nobis petimus per eundem.

54) Abbas in curia constitutus hortatur suum conuentum, vt domus sue negocia bene tractent.

Quoniam prelatus cum suis subditis tamquam caput cum membris efficiunt vnum corpus, paterne fidei puritas exigit consequenter, vt non solum presentes corpore verum etiam et absentes vos in profectu virtutum et obseruancia regulari proficere gaudeamus.

Et quia nunc, habita copia nuncii fratris . . presencium exhibitoris, a nobis ad propria remeantis, vos per presentes quas idem vobis porriget etc.

55) Abbas reformat abbatem gracie patris sui.

Paterne fidei vinculum, quo pater vnitur filio, tanti roboris iuxta racionis exigenciam esse debet, vt tamquam triplex funiculus difficile corrumpatur. tunc enim ipsum funiculum caritatis credimus triplicatum, cum pater etc.

56) Abbas abbatem corripit, quod minus affabilem se exhibet patri suo.

Quanto sincerius vestre salutis augmentum cupimus et optamus, tanto peramplius et perfectius conturbamur, quociens ea que saluti vestre contraria iudicamus intelligimus vel audimus.

Fama siquidem wlgante compertum habemus, quod vestro patri, qui in abbatem vos constituit etc.

57) Regraciatur abbas abbati, quod ipsum gracie patris sui reformauerit.

Quod vestra paterna gracia nos fide integra et sinceritate cordis intima prosequatur, ex eo constat et patet luce clarius euidenter, quia qui salutem alterius promouet et procurat, ipsum ad viam rectitudinis per exhortacionem et correpcionem amicabilem deducendo et ab erroris deuio reuocando, affectum sinceritatis ostendit procul dubio per effectum.

Quia itaque moti beniuolencia speciali nos tamquam filium per vestra paterna scripta correpcione pia etc.

58) Abbas inferior petit a superiore, sibi dare licenciam quosdam recipiendi in monachos et confratres.

Sicut res naturales virtute motiua superiorum corporum necessitate quadam nature mouentur in proprias actiones,

sic necessitate quadam iusticie subditi motu prelatorum suorum per obedienciam in suis actionibus debent dirigi et moueri.

Quam et nos nature et iusticie regulam obseruantes, et a vestre paternitatis voluntate tamquam etc.

### 59) Abbas reuocat monachum suum sine licencia a nigro ordine receptum.

Cum auctoritas regule, quam professus es propria et spontanea voluntate, id precipiat inter alia euidenter, quod omnes ipsius regule professores magistram sequi debent regulam, nec ab ea temere declinare, non inmerito cogimur ammirari, quod — cum per ipsam regulam ipse inhibeat legis lator, ne sine litteris commendaticiis recipi debeat monachus, de quocunque monasterio sit egressus — tu temeritate propria regule iugum a collo tuo excuciens, a domo in qua stabilitatem morum et obedienciam es professus exiens et recedens, in domo tali laxioris ordinis te recipi procurasti.

Et quoniam non solum sacre regule temerarius es transgressor, verum etiam venisti etc.

### 60) Abbas pape conqueritur, quod dyocesis episcopus intendat infringere iura sua.

Licet ordo noster de benignitate sedis apostolice in tanta talique libertate fauorabiliter sit fundatus, vt nulli subesse debeat nisi eidem sedi a qua defenditur et tuetur, quia tamen quidam a se iusticiam relegantes ad iniquitatem manus suas extendere non verentur, sanctitati vestre vocibus lacrimosis atque flexis genibus significamus humiliter conquerendo, quod dominus episcopus talis, in cuius sumus dyocesi constituti, exempcionis ac libertatis nostre iura violans et infringens, nostris hominibus exactionem inposuit actenus inconsuetam, intendens a sede predicta etc.

### 61) Peticio conuentus ad episcopum, vt concordet duos quos in discordia elegerunt.

Ecclesia nostra pastore proprio destituta,[1]) in vnum conuenientes de successore tractauimus, et[2]) per electionem canonicam nostre domui curauimus prouidere.

Porro quia — quot sunt facies tot inueniuntur etiam voluntates — in vota diuersa diuisi etc.

---

1) Cod.: *destituto.* 2) In der handschrift fehlt *et.*

62) Abbas petit ab episcopo, vt plebanum sue ecclesie male se habentem deponat.

Licet porte dignitatum et cure pastoralis dignitas patere nequaquam debeant infamibus et indignis, quia tamen plerique — sub veste ouina lupinam maliciam occultantes — insidiantur ecclesiasticis dignitatibus per apparentem honestatem ypocrisi simulatam, et postquam apprehenderint quod intendunt in actum malicie prodeunt quem antea conceperunt, quod in rectore talis ecclesie patet luce clarius etc.

63) Abbas excusat se, quod ad synodum episcopi venire non debeat racione exempcionis.

Paternitatis vestre littere nuper misse nostrum aliqualiter animum sauciarunt, ex eo quod — nulla distinctione habita inter nos et alios ordines vestre dyocesis non exemptos — per eas nos ad vestram synodum conuocastis.

Verumtamen quia omnium habere memoriam est diuinitatis pocius quam humanitatis, vestre reuerencie id ex indignacione factum [1]) aliqua minime possumus inputare. credimus enim firmiter et secure, quod — si vestra prouidencia libertates nostri ordinis quibus muniti sumus a sede apostolica memoriter tenuisset — nos in hoc casu ab aliis ordinibus vtique distinxisset.

Vestram siquidem beniuolenciam cupimus non latere, nos iure duplici ad obediendum mandatis huiuscemodi non teneri. primo, quod per exempcionem predicte sedis ad nullos conuentus forenses ac synodos ab vllo episcoporum possumus euocari. secundo de iure conmuni a veniendo illic similiter excusamur, cum populum nobis subiectum cuius curam animarum geramus nullatenus habeamus: quem si sicut ceteri quidam ordines haberemus, vocati ad synodum merito veniremus.

Quo circa dignacioni vestre prece supplici supplicamus, quatenus pietati vestre placeat, vt concessis priuilegiis gaudeamus, ne veniendo contra ea voluntarie libertatem indultam non sine graui periculo nostri ordinis amittamus.

Nos ex causis premissis super eadem obediencia denegata habere dignemini fauorabiliter excusatos, presertim cum dici non debeat inobediens qui concessa sedis apostolice vtitur libertate.

---

1) Cod.: *facta.*

64) Abbas conqueritur episcopo dyocesis, quod suus officialis noluit ordinem iuris sicut alteri exhibere.

Episcopalis dignitas tante preeminencie dinoscitur, vt super alios intendens et dirigens vniuersos tamquam ad regulam iusticie directiuam recursus ad eam[1]) super omni obliquitate iniusticie ab omnibus sit habendus.

Quia igitur vester officialis — sedem iudicialem obtinens vice vestra — nobis iniuriam maximam inrogauit, vobis eam per modum querele duximus intimandam. · cum enim iudex ex suo officio teneatur, vt sine personarum accepcione cunctis in vestra dyocesi querelantibus iusticie faciat conplementum, nos deterioris condicionis wlgaribus[2]) omnibus existimans, iudicium et iusticiam nobis ab eo exquirentibus facere denegauit, in excusacionem sui occasionem temerariam hanc allegans, vt — cum sedis apostolice muniti priuilegiis stare iuri coram eo minime teneamur, et per consequens suum iudicium recusemus — ipse quoque nobis iudicium debeat denegare.

Quod absurdum et irracionabile satis claret. nam cum pocius nostram libertatem concessam a sede apostolica tueri deberet vt iusticie propugnator, ipsam videtur grauius aliis inpugnare. si enim videtur vt patet nostris libertatibus inuidere, inuideat pocius priuilegio clericali in fauorem tocius cleri a sede apostolico introducto, per quod rectores locorum venerabiles malefactores suos possunt sub quo maluerint iudice conuenire, set e conuerso a secularibus non possunt nisi tantum coram ecclesiastico iudice conueniri.

Quo circa paternitati vestre deuotis precibus supplicamus, quatenus — istam inconuenienciam graciose et fauorabiliter attendentes — officialem predictum ad hoc inducere dignetur vestra paternitas reuerenda, vt nostris nos sinens gaudere priuilegiis commune iudicium rite nobis exhibeat sicut aliis, quociens per nos fuerit requisitus.

Alioquin ad hoc nos contingeret necessario laborare, vt contra iniuriantes nobis iudicem a sede predicta in vestre dignitatis preiudicium studeamus quantocius obtinere.

65) Excusat episcopus officialem suum, quod iusticiam facere renuens abbatem exemptum a suo iudicio ignorabat.

Exigit ordo iuris positiui, et lex dictat nihilominus na-

1) Cod.: *eum*. 2) Cod.: *wlgaribus*.

turalis, vt quicunque ab vllo iudice sibi cupit iusticiam exhiberi ipse quoque eam exhibeat alteri versa vice.

Que vt credimus racio officiali nostro motiuum tribuit vobis iusticiam denegandi, prout vestra querela perlata nuper ad nos vestris litteris continebat. intelleximus siquidem ab eodem, per nos super temeritate huiuscemodi reprehenso, quod cuidam ciui nostre dyocesis contra vos querelanti forum eiusdem officialis seu consistorium declinastis. vobis vero iudicium et iusticiam[1]) fieri petiistis.

Quia autem excepcionem istam vobis indultam a sede apostolica vester nuncius allegauit, qua scilicet nostrum examen possetis licite recusare, vestram prouidenciam exhortamur, quatenus — cum priuilegia allegata nullus iudicum[2]) credere teneatur, nisi et per ostensionem eorum fiat iudici plena fides — inmunitatis eiusdem priuilegium ostendatis, vt ipso viso iuxta allegata pro[3]) eadem predicte sedi de cetero defferamus.

Porro ne scandalum aut inconueniens libertatem prehabitam conmitetur, petimus studiose, vt — missis ad nos in breui vestris nunciis plenum mandatum habentibus — cum ciue predicto mediante virorum prudentum consilio conponatis, vt ad exhibendum vobis iusticie conplementum nos nosterque officialis simus in antea prompciores.

### 66) Exhortatur abbas studentem Parisius, vt ad ordinem conuertatur.

Quoniam anima creatur inperfecta, perficitur autem scienciis et virtutibus iuxta philosophi documenta, gauisi sumus gaudio magno valde, intelligentes te canonici iuris studio tuum vehementer animum applicasse.

Et quia affectione cordis intrinseca ad celestis sapiencie culmen et ad queque virtutum studia te prouehi etc.

### 67) Rescriptum studentis, quod velit ad ordinem se transferre.

Quanto paterne benignitatis affectu, qualiue sinceritate fidei paternalis vestra benignitas me indignum et inmeritum prosequatur, transmisse mihi vestre paternitatis littere[4]) luce clarius ostenderunt.

---

1) Cod.: *iustícia.*
2) Cod.: *iudícium.*
3) Cod.: *per.*
4) Im codex fehlt *littere.*

Cum enim tanto conatu talique sollicitudine a vanitate mundi abstrahere me curetis, et ad celestem gloriam etc.

68) Excusat se abbas episcopo dyocesis, quod non possit recipere professionem cuiusdam monachi alibi professi, pro quo recipiendo rogauerat.

Quamquam vestre dignacionis merita multiplicia nos ad hoc non inmerito stimulent et inuitent, vt non solum vestris deuotis peticionibus verum etiam precibus et mandatis parere semper corde humili teneamur, peticionem tamen per transmissas nuper litteras nobis deuote porrectam admittere causis vrgentibus non valemus, non quia nolumus, set quoniam possibilitas non admittit.

Vt autem inpossibilitatis huiuscemodi causas et raciones racionabiliter assignemus in nostri excusacionem, paternitatis vestre reuerencie cogimur intimare etc.

69) Forma pro suffragiis et confraternitate concedenda a generali capitulo.

Frater . . abbas Cystercii totumque capitulum generale dilecto in Christo . . salutem et oracionum suffragium salutare.

Exigente pie deuocionis affectu, quem ad ordinem nostrum percepimus vos habere, peticioni vestre per venerabilem coabbatem nostrum . . nobis oblate benigno concurrentes assensu, concedimus vobis plenariam participacionem omnium bonorum que in nostro ordine fiunt vel de cetero dante deo fient in vita vestra pariter et in morte, ita quod — cum vester obitus nostro generali capitulo fuerit nunciatus — ibidem sicut vnus nostrum absoluemini, omniumque missarum et oracionum quas pro fratribus nostris defunctis iniungimus annis singulis faciendis efficiamini participes et consortes.

Datum in Cystercio anno domini etc.

70) Abbas nouicium fluctuantem confirmat vt persistat.

Quanto spiritus humani dignitas suo preminet corpori, ac eterna transitoriis gaudiis merito preferuntur, tanto gaudio pleniori noster in deo spiritus exultauit, audientes a mundi vanitatibus ad disciplinam monasticam te translatum, regique regum etc.

71) Rescriptum nouicii ad abbatem se confirmantem, quod suis monitis aquiescet.

Quali gracie plenitudine vestre paternitatis affectus exuberet et redundet circa me inmeritum et indignum, vestre benignitatis littere ac viue vocis officium mihi missi vestri nuncii luce clarius declararunt.

Et licet astucia temptatoris pedem affectionum mearum a salutaris propositi firmamento nouerit, exhortacionum tamen vestrarum etc.

72) Abbas conatur trahere magistrum theologie ad ordinem.

Eterni patris filius quamquam ad suum celeste conuiuium, quod suis electis a mundi origine preparauit, generaliter omnes aduocet et inuitet, singulariter tamen conuiuas eiusdem conuiuii habere desiderat sapientes, cum sapiens deo sit simillimus, vtpote sapienciam participans, que est deus.

Verum quia diuites, id est donis naturalibus habundantes, plerumque deo vocanti suisque nunciis contradicunt, ipse qui omnes wlt saluari et ad agnicionis sue gloriam peruenire, eisdem contempnentibus, vocat saltem cecos claudos debiles et infirmos, id est rudes simplices et ignaros.

Ne autem donum egregium sciencie aquisite, quo deus vestram pre aliis nobilitauit animam et multipliciter insigniuit, inflare pocius quam edificare proximum videatur, prudencie vestre copiam, qua cor vestrum exuberat et redundat, attencius exhortamur, quatenus — cum stulta mundi deus elegerit, vt confundat et hebetet sapientes — vos luce sapiencie, qua vestram dei sapiencia animam illustrauit, vtentes ad dei gloriam et honorem vite monastice, ad[1]) stulticiam huius mundi set reuera sapienciam aput deum dignemini conuolare, vt in vobis verbum apostolicum inpleatur: stultus fiat, vt sit sapiens. per hanc nempe stulticiam sanctorum scienciam sapore virtutum conditam homo merebitur adipisci.

Licet autem vos liberalibus artibus exornatum minime dubitemus, vt recte loqui gramatica, verum fari loyca, ornate eloqui rethorica vos informet, et insuper per astrologiam corporum supercelestium motum, per geometriam ter-

1) Cod.: *honorem ad vite monastice.*

rarum spacia, per arismeticam qualitatem numeri, ac per musicam sonos suaues ac proporcionabiles agnoscatis, nec in diuina sciencia quidquid desit, quia tamen teste patre beatissimo Bernhardo, si quis hiis omnibus cognitis et misteria insuper nouerit vniuersa, si se ipsum nescierit, erit sicut domus fundata super harenam, que ruinam efficit non structuram: si ergo hec scitis, inmo quia scitis, beatus eritis si feceritis, Christo teste. nam seruus sciens sui domini voluntatem et non faciens plagis plurimis vapulabit.

Hiis itaque consideratis omnibus diligenter, ad statum vite claustralis, a quo transitur ad conuiuium memoratum, swademus vos relictis omnibus festinare.

### 73) Abbas hortatur nouicium delicatum vacillantem, ne desperet.

Sicut Pharao rex Egypti egredientem populum ex Egipto ex eo quod subtrahebatur suo seruicio persequebatur acrius et ampliori seuicia molestabat, sic ad vite monastice tamquam ad terram promissionis iturum a mundi tenebris exeuntem rex tenebrarum dyabolus persequitur amplius et perfectius seuiendo.

Quia igitur mundi redemptor te tamquam ante mundi constitucionem ab eo predestinatum eternaliter etc.

### 74) Abbas hortatur iuuenem ad conuersionem, quem parentes retrahere cupiunt.

Descendens e celo dei filius in hunc mundum, et in carne assumpta cum hominibus conuersatus, non locupleciores sapienciores seu digniores in discipulos eligere voluit, set eos pocius qui eum intensius et feruencius aliis diligebant, quibus et ex amore etc.

### 75) Abbas conmendat sanctimonialem nobilem perfecte seculum deserentem.

Verum auctorem pudicicie, qui natus de virgine ad virginitatis decus te preelectam suam filiam inuitauit, magnifice collaudantes, ipsi graciarum deuotas refferimus actiones super eo quod sicut virtutum dominus et plantator in te vitam celibem ostendit per euidenciam apparentem.

Cum enim nobilitas generis, diuiciarum et consanguineorum numerositas ad mundi huius delicias te non inmerito prouocassent, hanc virtutis constanciam etc.

## 76) Rex de nouo creatus ab abbate suscipitur et salutatur.

Rex regum et dominus dominancium monarcha presidens toti mundo, qui regna constituit atque transfert, alto suo consilio dignatus suo populo de pace optata cunctis mortalibus prouidere, vos ad hoc de numero cuncti populi christiani ad inperialis dignitatis fastigium voluit sublimari, vt malorum hominum animos pacis filios perturbantes vestre auctoritatis inperium reprimeret et arceret, ne in actus excogitate malicie procederent sicut vellent.

Et quia auctor nature vestre maiestatis personam condicionibus regalibus et maiestati regali conpetentibus dignanter voluit redimire, prudencia veritate et iusticia vestri culminis animum adornando, ipsi regi seculorum inmortali grates referimus vberes et inmensas, noue laudis eum canticis extollentes qui de celo prospiciens super filios hominum vos ipsis preferens et eorum faciens vos monarcham.

Quia autem pre ceteris hominum religionum filios diuersarum, orphanos, viduas pariter et pupillos,[1]) inperiali sceptro specialiter defensandos vestre conmisit rex regum omnium singulariter maiestati, ad dignitatem diuinitus traditam tamquam subiecti filii et deuoti vos suscipientes, animis letabundis rogamus flexis genibus et precum instancia deuotarum, quatenus nos — diuinis affectantes obsequiis militare ad hoc, vt ipse deus regni vestri gubernacula prosperitate dirigat affectata — habere dignemini vestre dignanter gracie reconmissos, a malorum insultibus nos misericorditer defensantes.

Nosque sub alis vestre inperialis excellencie quiete claustrali gaudentes, et tranquillitate animi domino seruientes, tanto intensius et deuocius pro vestre salutis augmento continuo preces domino iugiter effundemus, quanto efficacius vestre maiestatis sublimitas nobis pacis gaudium procurabit.

## 77) Inperator rogatur, vt liberet abbatem captum.

Quia rex sublimis ac gloriosus, pacis auctor pariter et amator, ecclesie filiis ad hoc preesse vestram voluit maiestatem, vt malorum timore sublato et iusticia ab omnibus obseruata quod suum est cuique tribueretur pacifice et modeste, et quia malorum cupiditas effrenata — suis finibus

1) Cod.: *filii diuersarum, orphani, vidue pariter et pupilli.* 2) Cod.: *inperitor.*

non contenta — ad iniquitatem manus extendere non formidat, cohercio vestre maiestatis cunctis in orbe romano degentibus contra malorum insultus est suppliciter inuocanda.

Quoniam autem ordo noster in firmitate protectionis inperialis pre ordinibus aliis est fundatus, non habens alium aduocatum quam eum qui sedem romanam habet deffendere et tueri, regem regum omnium scilicet terrenorum, sublimitati vestre flexis conquerimur genibus et animis dolorosis, quod abbas noster per stratam regiam transiens, iturus pro negociis ordinis disponendis, a tali — equo et rebus aliis spoliatus — est iniuriose carceri mancipatus.

Quod cum preiudicet regie maiestati, quam debent metuere fines terre, et sub alis eius filii debent pacis tamquam in securitate pacifica ambulare, vestra regia celsitudo dignetur efficaciter procurare, vt tante temeritatis presumpcio actenus inaudita equitate inperialis iudicii corrigatur, sic vt idem abbas noster a captiuitatis vinculis absoluatur,[1]) et rebus perditis restitutis de iniuria eidem et per consequens ordini irrogata taliter satisfiat, vt presumpcionem consimilem ceteri caueant et euitent.

Quod et inperialem condecet maiestatem, cum ex hoc a deo sperare premium debeat et ab hominibus laudis gloriam et honorem, nosque deuoti reddamur deuociores in antea regie maiestati.

78) Abbas conqueritur regi quod comes vicinus abstulit ei quasdam possessiones violenter.

Quoniam ordo noster — fundatus a sanctis patribus, vt deus ab ipso laudetur, eique seruiat in sanctitate et iusticie puritate — auctori pacis in tranquillitate intrinseca cordium non potest debite famulari, nisi ei pax extrinseca pariter et tranquillitas preparetur, et quoniam summus Salomon, auctor pacis, qui facit concordiam in suis sublimibus, vestre subtilitatis personam ex omni ecclesia militante alto suo consilio pretulit et elegit, vt pacis filii zelo vestri iudicii innitentes sub alis protectionis vestre magnificencie quiete domino famulentur, quies autem nostre monastice discipline nunc proch dolor non mediocriter perturbatur, ad vestre dignacionis excellenciam, cuius solius innitimur gracie, recursum habentes tamquam ad tutam anchoram spei nostre, vestre serenitatis excellencie significamus veraciter et conquerimur flebiliter,

1) Cod.: *absolutus.*

intimantes quod talis comes, a cordis sui conspectibus abiecto timore dei, vestreque seueritatis iudicia paruipendens, possessiones nostras iusto proprietatis titulo dudum adeptas et per prescripcionem legittimam possessas tempore diuturno, nullum requirens iudicium, nobis abstulit violenter, se faciens iudicem et auctorem.

Quamquam autem eidem parati sumus super omnibus inpetitis in quouis iudicio canonico vel ciuili iusticie facere conplementum, ipse tamen — iusticiam respuens et iudicium non attendens — auctoritate propria per violenciam et temeritatem propriam possessiones detinet prenotatas.

Quo circa vestre maiestatis eminencie flexis genibus supplicamus, quatenus — cum in terris vos deus suum vicarium fecerit, vt ab violencia inpiorum sceptro vestri inperialis inperii deffendamur — vestre protectionis dextera ab eodem misericorditer nos deffendentes aduocato, vestro prouinciali tali dare dignemini firmiter in mandatis, vt auctoritate inperiali fretus causam nostram sibi assumat, et ab iniuria et violencia nos preseruans virtute coactiua eundem inducat vt possessiones predictas nobis restituens super infestacione qua nos infestat et etiam inquietat iudicii pareat equitati, ad quam eidem plenarie faciendam nos voluntarie obligamus.

79) Abbas et conuentus duci conqueruntur, quod aduocatus contra priuilegium ab eo sibi datum vectigal exigit ab eisdem.

Sicut deus in sanctis suis constitutis in patria collaudatur, sic et in suis famulis in hoc exilio degentibus honoratur.

Quod vestra principalis excellencia considerans et attendens, oculo racionis regem celi in nobis inmeritis famulis magnifice honorauit, non ignorans quia gracia seu beneficium quod vni ex suis minimis exhibetur sibi exhibitum reputat et inpensum.

Super cuius beneficii inmensitate vestre sublimitati ad deuotissimas graciarum assurgimus actiones, rogantes deum precibus sedulis ac deuotis, vt qui dignanter huiuscemodi vobis graciam inspirauit ipsius esse velit liberalissimus retributor.

Quia vero principalis munificencia nequaquam gratis exhibita beneficia diminuit siue subtrahit sine causa, sublimitati vestre cogimur intimare, quod aduocatus vester talis exempcionem theoloneorum ac passagii — qua per graciam

vestram liberati fuimus et exempti — nobis infringens, ad solucionem ipsorum nostros coegit homines per vestrum territorium transeuntes.

Quare dignacioni vestre flexis genibus vnanimiter supplicamus, rogantes deuote quatenus vestra dominacio nobis dignetur suis litteris remandare, vtrum huius gracie violacio a vestra processerit voluntate, an temeritate propria aduocatus idem priuilegium eiusdem gracie presumpserit violare.

Si autem ipse deus, in cuius manu est cor regis, et qui illud dirigit iuxta merita subditorum, nos hanc graciam coram vobis fecit inuenire, vt de vestre beniuolencie gracia idem nobis seruetur priuilegium illibatum, tunc videtur subsequens atque decens vt vestre dominacionis potestas eundem aduocatum a presumpcione consimili debeat cohercere.

80) Abbas petit, conductum a vicino comite sibi dari.

Qui concordiam facit in suis sublimibus, regnaque constituit in inferioribus atque transfert, ad hoc concessit potentibus potestatem, virtutem ipsis tribuens coactiuam, vt malorum malicia virtute ipsis tradita reprimatur, ac filiis dei pacificis pax et tranquillitas preparetur.

Et quia virtus diuina, que disponit omnia suauiter et gubernat, vos concessit nostre vicinie deffensorem, quo boni pace gaudeant et mali a suis maliciis arceantur, prouidencie vestre graciam[1]) deuocione quanta possumus inploramus, rogantes humiliter et deuote, quatenus filie nostre visitacionis officium annuum inpendere cupientibus, vt tenemur, conductum prestare dignemini de gracia speciali, aliquem nobis de vestris famulis adiungentes, qui vsque ad talem locum auctoritate vestra nos conducat, vbi deo dante nobis ab ipsis nostris filiis occurretur et ad domum ipsorum vlterius conducemur.

Porro quia redeuntes simili gracia indigemus, rogamus vt — graciam gracie cumulantes — nos de loco predicto secure conduci ad propria dignemini procurare.

In quo gracie singularis nobis exhibebit argumentum vestra dignitas graciosum.

81) Abbas petit a comite, suum officialem fugitiuum in monasterium recipiendum sibi dari.

Antiqui principes et barones, quibus deus gloriosus et sublimis conmisit gubernacula temporalium vite huius, irra-

1) Cod.: *graciarum.*

diati diuinitus luce gracie cognouerunt, quod non esset ipsis habitacio in hac ceca vita et misera permansura. ciuitatem supernam, vt in ea permanerent perpetim, mente sollicita quesierunt. propter quod et multi eorum Christum heredem de suis facultatibus effecerunt, fundantes monasteria et ecclesias tamquam domos refugii penitencium ad dei gloriam et honorem.

De quorum successoribus et radice vos prodisse scientes, vos configurari ipsis in deuocione consimili non inmerito arbitramur.

Cuius rei gracia gerentes de vestra dominacione confidenciam pleniorem, nobilitatem vestram — cui indita est naturaliter liberalitas — deuotissimis precibus exoramus, quatenus — cum talis quondam officialis vester, districtionem vestram in computacione exacta metuens, ac de racione reddenda integre diffidens, manus vestras effugerit, se ciuem faciens augustanum — beatissime virgini matri dei, cui idem desiderat in nostro monasterio militare, de liberali munificencia gratum deo sacrificium offeratis, de necessitate virtutem sicut vestram nobilitatem condecet facientes, vt idem incorporatus nostro ordini pro vobis debeat amodo tamquam minister proprius dominum exorare, totusque ordo noster, cuius membrum idem desiderat effici, pro vestre salutis augmento dominum debeat in perpetuum inplorare.

### 82) Abbas rogat comitissam, vt reformet amicum monasterii gracie domini sui.

Sexum muliebrem auctor nature deus nobilitans virtutibus et decorans, in aliarum virtutum numero ipsum virtute manswetudinis pacis et beniuolencie per eminenciam decorauit.

Licet autem hec virtus insit generaliter et sit insita feminis vniuersis, vestre tamen persone excellenciam hiis virtutibus insigniuit auctor omnium pre aliis etc.

### 83) Regraciatur abbas comitisse super eo quod suo monasterio se exhibet graciosam.

Sicut sol mundo oriens, sic vestre prudencie claritas rutilat in ornamento et prouidencia vestre domus.

Quam et prouidenciam ex eo reddit dominus multis multipliciter fructuosam, quia timore etc.

84) Abbas pro transmisso cuidam ciui peregrino rogat[1]) vt elemosyna sibi detur.

Si lex intellectus nostri consciencia consulitur, et rex in anime regno in solio suo residens, racio scilicet, recte iudicat et discernit, tunc sentenciam profert insolubilem omnibus atque veram, quod videlicet eterna transitoriis et caducis ac terrenis celestia preferantur, und so weiter mit dem folgenden schlusse.

Cuius rei causa vestram exhortamur sollerciam diligenter, quatenus eterne saluti vestre dum vacat in hoc tempore curetis salubriter prouidere, ad regna eterna presentes diuicias premittentes.

Ne autem sitis sollicitus de nunciis transportantibus res prehabitas temporales, ecce H nudum et miserum peregrinum, a filiis sathane spoliatum, tamquam verum membrum ipsius Christi dignacioni vestre duximus transmittendum. cuius et inopiam dignemini taliter subleuare, vt quidquid eidem inpenderitis Christus sibi exhibitum reputet et inpensum.

85) Forma viatici.

Vniuersis Christi fidelibus litteras has visuris frater .. talis etc.

Fratrem . . talem, exhibitorem presencium, monachum domus nostre, quem ad domum talem transmittimus, ordinate omnibus vobis et singulis per quos ipsum transire contigerit reconmittimus, studiose rogantes precum instancia deuotarum, quatenus eidem per vestras partes transitum facienti ob reuerenciam ordinis et intuitu caritatis in vie et vite necessariis misericorditer assistatis.

86) Forma viatici.

Fratrem talem, quem ad presens in domo nostra conmode non possumus retinere, paternitati vestre duximus transmittendum, rogantes quatenus eundem vsque ad mutuum colloquium vestro dignemini monachorum collegio sociare.

Parati enim sumus et erimus, vobis libenti animo obsequi non solum in casu consimili set maiori.

Datum vt in patentibus hiis insertis litteris est expressum.

1) Cod.: *rogatur.*

## 87) De hoc verbo valete.

Valete, et valeant[1]) qui vos valere desiderant et affectant.
Valete. felicitas et gaudium vos sequatur.
Valete perenniter. viuite feliciter et gaudete.
Valete, et vestri valeant amatores.
Valete, et saluet vos qui neminem vult perire.
Valete, et conseruet vos dominus per tempora longiora.
Valete. personam vestram peramabilem conseruet potencia trinitatis.

## 88) Incipiunt articuli in visitacionibus statuendi.

Anno domini etc. die tali nos frater talis domum talem, nostram filiam, personaliter visitantes — *vel sic:* nos frater talis etc. auctoritate et vice reuerendi patris domini talis domum talem, suam filiam, anno domini etc. personaliter visitantes — subscripta statuimus ibidem firmiter obseruari.

### Correctio.

Cum correctio et cohercio discipline a virtute coactiua procedens equalis esse debeat iuxta regulam canonicis, sic vt omnibus vna et eadem disciplina secundum merita prebeatur, inprimis dominum abbatem vel dominam abbatissam paterna sollicitudine conmonemus, vt in correctionibus exhibendis et in penis culpe respondentibus inponendis cunctis sine personarum accepcione se equum exhibeant iudicem, reddendam de cunctis suis iudiciis recogitans racionem.

### Exemplum bonum.

Item cum superior quilibet ad hoc suo gregi prelatus sit in pastorem, vt oues subiectas verbo pascere debeat et exemplo, dominum abbatem studiosius conmonemus, vt hoc vel hoc caueat aut faciat. nam sicut inpressionem cera recipit a sigillo, sic exemplo suo formantur subiecti ad opera virtuosa.

Se studiosum exhibeat in obseruancia regulari, sic vt vita ipsius sit forma qua tamquam[2]) per regulam ceteri regulentur.

### Sine rubro.

Item cum facillitas venie incentiuum tribuat delinquendi, domini abbatis sollerciam exhortamur — vt peccata delinquencium non dissimulans, nec transgressionem regule et ordinis parnipendens — inquietos et indisciplinatos iuxta tradicionem sancte regule durius arguat et castiget.

### Censura adhibenda.

Item cum negocia ardua conmunicato tocius conuentus consilio debeant expediri, domini abbatis prouidenciam attencius conmonemus, vt — cum negocia magni ponderis multorum consilio indigencia sibi inmineant et incumbant — totum conuentum conuocet, maiores pariter et minores, cum sepe minori consilium sanius a domino reueletur.

---

1) Cod.: *valeat.*

2) Cod.: *sicut fort* (mit einem über das *t* geschriebenen *a*) *quedam.*

Ipsi vero conuentui taliter conuocato damus firmiter in mandatis, vt relictis omnibus ad locum consilii veniat sine mora, ne illi qui ad consilium iam venerunt per moram veniencium negligenciam sui operis siue tedium paciantur.

Abbati obediatur principaliter, et post prioribus.

Item licet abbas vices Christi in monasterio teneat, et ex hoc sit eidem pre omnibus bonum obediencie exhibendum, quia tamen onus suum partitur et aliis, vocans eos in partem sue sollicitudinis, priorem maxime vel etiam suppriorem, monemus omnes generaliter et singulos sigillatim, vt eisdem — premisso abbatis inperio, cui priuata inperia preponi nolumus — obediant in omnibus humiliter et deuote que ad correctionem morum et obseruacionem monastice pertinent discipline, sic se obedientes tanta deuocionis promptitudine exhibentes, ne eorum inobedienciam grauiter vlciscamur.

Silencium.

Item cum silencii virtus, a legumlatore nostro per inspiracionem sancti spiritus introducta, obseruancie regularis firma sit custodia et clausura efficax monastice discipline, statuimus firmiter ordinando, vt iuxta formam ordinis quam primi fundatores ordinis tenuerunt inuiolabiliter locis et temporibus congruis obseruetur, sic vt nullus dolus aut fraus virtuti huius obseruancie misceatur, id est ne vel ad personam terciam sermo loquentis aliqualiter dirigatur, seu verba signis quomodolibet misceantur.

Transgressores huius statuti tam necessarii et salubris penam sustineant irremisibiliter pro fractione silencii editam et inflictam.

Scurrilitas.

Item cum dissolucio exterioris hominis ostendat, hominem a stabilitate animi recessisse, priorem et etiam suppriorem sollicite conmonemus, vt hos qui scurrilitates exercent et verbis vtuntur ioculatoriis scurrilibus vel etiam ociosis sollerter obseruent, ipsosque taliter puniant et castigent, vt pena docente discant in discipline custodia et maturitate morum animos stabilire.

De officialibus.[1])

Item cum, sicut membra corporis diuersos actus habencia singula suum exerceant actum ad vtilitatem et suffragium aliorum, sic et officiales diuersi tamquam alter membrum alterius conmissum sibi officium in aliorum adiutorium debeat vtiliter exercere, cellerarium infirmarium et magistrum hospicii specialiter exhortamur, vt — cum multi circa prouisionem sibi necessariam respectum habeant ad eosdem — sic prompte pariter atque pie prout cuiusque officii qualitas exigit ad eos quibus racione officii obligantur se curent sollicitos exhibere, vt tamquam bene ministrans mereantur gradum magni meriti per curam ministerii feliciter adipisci.

Confessio.

Item cum peccatum, quod mox per penitenciam non deletur, ad aliud statim trahat, mandamus singulis monachis domus huius, vt iuxta formam ordinis approbatam confessiones expediant singuli ad minus singulis septimanis, si copiam habuerint confessorum.

---

1) In der handschrift ist dieses rubrum aus geblieben.

Transgressores huius statuti, per quod sordes ab anima expelluntur, ad soluendam vnam quindenam — ex integro remota dispensacione qualibet — volumus obligari.

### Oraciones priuate.

Item cum spiritus sanctus oraciones priuatas nequaquam approbet et acceptet per quas conmunia ad que tenemur ex debito negliguntur, prioris sollicitudinem exhortamur, vt hos qui nimietate oracionum vocalium obruunt intellectum seque labore onerant[1]) labiorum in tantum vt a vigiliis et a chori frequencia se absentant sollerter studeat obseruare, et per correctionem continuam manifestam eosdem ad statum conmunem reducere studeat per effectum, cum nichil monachus agere debeat nisi quod conmunis monasterii regula vel maiorum exempla salubriter cohortantur.

### Risus.

Item cum stultus in risu vocem soleat exaltare, et per consequens risum excussum emittens se stultum indicet manifeste, vniuersos et singulos qui se huic stulticie nouerint subiacere sollicitudine quanta possumus exhortamur, vt in huiusmodi vicio precauendo sese coherceant et refrenent, ne nominatim eosdem obiurgacione graui cogamur in eorum grauem ignominiam obiurgare.

### Maturitas in choro.

Item cum in choro diuine presencie assistentes et in conspectu angelorum ipsi psallentes per discipline custodiam et maturitatem morum debitam debeant coherceri, vt ab euagacione oculorum se coherceant et restringant, et membra reliqua corporis in maturitate constituant, vt liber ad dominum spiritus dirigatur, priores attencius conmonemus, vt stantes in choro monachos dissolutos habentes oculos vagabundos et inconposite laudes domino depromentes in cottidianis capitulis sic acriter et efficaciter reprehendant, vt iidem membra in laude dei debite conponentes cum stabilitate cordium atque corporum deo cui presentes assistunt seruiant reuerenter, ne maledictionem incurrant quam inprecatur propheta hiis qui deo negligenter seruiant et opus eius faciant fraudulenter.

### Curiositas.

Item cum teste scriptura risus incessus et vestis vnius cuiusque denuncient qualitatem, domini abbatis prouidencie conmittimus studio diligenti, vt ab ornatu habitu et vestibus curiosis ac vaginis et cingulis inordinatis coherceat monachos et restringat, cum talem ornatum exterius ostentantes a decore virtutis se nudos prodant omnibus et ostendant.

### Proprietas.

Item cum abdicacio proprietatis sic annexa sit regule monachili, vt contra eam etiam nec summus soleat pontifex dispensare, monemus vniuersos et singulos monachos domus huius, vt nichil habere presumant penitus vel acceptent nisi quod abbas dederit aut permiserit iuxta regule puritatem.

Quicunque vero huic vicio proprietatis deprehensi fuerint subiacere, pena inflicta proprietariis puniantur.

---

1) Cod.: *oneratum*.

### De eadem.

Item vt proprietatis vicium perfectius valeat euitari, domini abbatis prouidencie reconmittimus studio diligenti, vt tam in vestibus quam et in aliis necessariis sine personarum accepcione iuxta formam regule curet singulis prout cuique opus fuerit prouidere.

### Officia conuentualia.

Item cum ex labore officiorum conuentualium merces copiosior aquiratur, statuimus firmiter ordinando, vt ab ipsis officiis faciendis nullus omnino sine causa euidenti et necessaria excusetur. que etiam excusacio nequaquam extra capitulum admittatur.

### Infirmi.

Item cum infirmorum cura domino abbati ante omnia et pre omnibus a sacra regula sit conmissa, ipsius prouidenciam conmonemus, vt paterne pietatis oculo singulorum indigencias considerans et aduertens iuxta infirmitatum indigencias procuret singulis tamquam pater misericors prouideri, vt in hoc patrem et patris efficaciam per euidenciam ostendat.[1])

### Carnes.

Item cum esum carnium legumlator noster restrinxerit, diuinitus inspiratus, vsumque balneorum presertim circa sanos et iuuenes statuerit moderari, domini abbatis cure iniungimus, eius ad hoc conscienciam onerantes, vt nulli concedat aut concedi sinat nisi omnino debilibus et egrotis, ac ab inmoderato vsu balneorum restringat iuuenes atque sanos.

### Silencium in mensa.

Item cum loquacitas in conuiuiis dedeceat etiam seculares, et beatus pater summum silencium in mensa statuerit obseruari, vniuersis et singulis monachis et conuersis auctoritate visitatoria firmiter inhibemus, ne intus vel extra lingwas laxent aliqualiter ad loquendum nisi secundum formam oracionis approbatam, vt videlicet rara verba aput signorum ignaros et extraneos proferant, vt de vino et pane vel eiusmodi expetendo, si necessitas id requirat.

### Sine rubro.

Item cum visitantibus grangia[2]) sollicite sit cauendum, ne arene minuciis obruantur, statuimus firmiter ordinantes, vt super diuersis transgressionibus secundum[3]) conswetudinem ordinis a retroactis temporibus obseruatam tam in capitulo quam etiam in labore monachi veniam petere non obmittant, ad hoc singulorum consciencias obligantes.

### Hore pulsande.

Item cum ad hoc vt omnia que ad dei laudem pertinent tempore debito peragantur dominus abbas sollicitus esse debeat et attentus, sue prouidencie duximus conmittendum, vt tali fratri sollicito hanc curam iniungere studeat, qui sciat et velit tam ad[4]) vigilias nocturnas quam etiam ad horas diurnas per pulsacionem debitam conuentum ad soluendum laudes deo debitas conuocare.

1) Cod.: *se ostendat.*
2) Cod.: *vitantibus grandia.*
3) In der handschrift fehlt *secundum.*
4) In der handschrift fehlt *ad.*

### Ociositas.

Item cum ociositas sit veraciter anime inimica, et ex eo legumlator noster certis temporibus in labore manuali nos voluerit exerceri, prioribus conmittimus et iniungimus studio diligenti, vt in labore manuum se exhibeant sic feruentes, vt iuxta formam regule in hiis que necessaria fuerint fratres studeant laborare.

### Dormicio meridiana.

Item cum vigiliarum prolixitas id exquirat vt meridiane dormicionis requies laborem habitum in vigiliis suppleat et reformet, mandamus monachis vniuersis, vt tempore meridiano dormicioni a sancta regula deputato in suis lectis se recipiant et quiescant, a conswetis euagacionibus abstinentes.

### Delicati.

Item cum fratribus delicatis sit talis ars et opera iniungenda, ne ociosi sint, nec tamen laboris violencia opprimantur, domini abbatis sollicitudini conmittimus seriose, vt — hanc ordinacionem sacre regule considerans oculo racionis — sic de singulis conmissis sibi monachis et conuersis ordinet et disponet, vt nullus panem comedat ociosum, cum non laborans in aliquo non debeat manducare.

### Lectio.

Item cum lectio diuina in qua deus homini loquitur sit puteus Jacob de quo fluenta gracie que funduntur in oracionibus hauriuntur, monachis singulis conmittimus arcius per presentes, vt nulli — officialibus duntaxat exceptis officiis exterioribus deputatis — se a lectione liceat absentare tempore lectionis sine causa necessaria et vrgente, et hoc de prioris licencia speciali.

Quicumque vero deprehensi fuerint se sine causa racionabili absentasse, in capitulo proximo proclamentur taliter puniendi, vt pena ipsorum transeat aliis in exemplum.

### Mandatum hospitum.

Item cum pietas ad omnia valeat, et sola sit que religiosum efficit per effectum, statuimus presentibus ordinantes, vt peregrinorum superueniencium et hospitum monachorum pedes lauentur, et mandatum agatur circa eosdem iuxta formam ordinis approbatam.

Et omnes illi ad quoscumque pertinet exequi hoc officium pietatis, quociens mandatum facere neglexerint memoratum, tociens panis et aque penitencia castigentur.

### Laus dei.

Item cum conuentus nostri sacri ordinis vt castrorum acies ordinatas[1]) victoriosus rex ordinans contra principem tenebrarum ad laudem sui nominis de mundi tenebris in vnum congregans, se laudari voluerit ab eisdem, inprimis duximus ordinandum, vt in laude diuina tam in cantu quam etiam psalmodia forma illa beatissimi patris Bernhardi sibi diuinitus inspirata et ab ordine approbata ab omnibus obseruetur, ita vt nullus ante alium trahere presumat vel etiam festinare, punctumque nullus teneat set cito dimittat, vt in ea exprimitur euidenter.

Nec quisquam festiuis diebus vel etiam aliis quibuscumque cantum in choro audeat exaltare, nisi tantum is cui incumbit officii racione.

1) Cod.: *ordinata.*

### Leuitas.

Item cum ad seruiendum sibi in sanctitate et iusticia nos in vnum congregauerit ipse deus, grauitas autem et morum maturitas sanctimoniam naturaliter comitetur, districtius inhibemus, ne aliqui monachi — sue leuitatis indicia ostentantes — de leporibus et auibus capiendis vel etiam in caueis detinendis se aliqualiter intromittant, cum hec irritamenta sint apertissima leuitatis.

Qui contra venire presumpserit emittatur, nec sine nostra licencia sibi pateat aditus redeundi.

### Capitulum.

Item cum in capitulo proclamatus tamquam assistens districto examini se debeat humilem exhibere, exemplo ipsius summi iudicis, qui sicut agnus coram tondente se obmutuit, nec os suum apperuit ad clamorem vociferancium crucifige, statuimus ordinando, vt quicumque in capitulo proclamatus vel etiam veniam sponte petens inpaciencie signa ostenderit notabiliter presidenti, vel aliis vsus verbis fuerit quam hiis que talibus ab ordine sunt concessa, tribus diebus continuis vapulet in capitulo. panem et aquam nichilominus comedat vno die.

### Sine rubro.

Item cum infirmitoria ordinis non sanis set infirmis et indigentibus sint ab ordine deputata, prioris prouidencie sollicite duximus iniungendum, vt in[1]) infirmitorium gressum petentibus qualitatem indigencie racionis oculo sic consideret et attendat, ne fortes et valentes contra conscienciam ingredi permittantur.

Numerus quoque indigencium taliter restringatur, ne laus diuina sollempnis per eosdem qui male se subduxerint negligatur.

### Inclinacio.

Item cum in choro diuine presencie assistentes humilitatis indicia ibidem ostendere debeant reuerenter, vt ad[2]) humilitatis remedia recurrentes ea que desunt in aliis virtutibus inibi suppleamus, monachis singulis iniungimus firmiter et districte, vt ob reuerenciam sanctissime trinitatis ab omnibus profundius morosius et deuocius solito inclinetur, nec se quisquam erigat donec patri filio et sancto spiritui exhibita sit eadem inclinacio corporalis.

Contrarium facientes a senioribus obseruentur, et in cottidianis capitulis correpti grauiter puniantur.

### Sanctus.

Item cum ymnus angelicus qui „sanctus“ dicitur deuocione sit precipua decantandus, iniungimus singulis monachis domus huius, vt tali mora talique pausacione congrua moduletur, vt in primo „sanctus“ patrem, in secundo filium, in tercio spiritum sanctum qui deuocionem ad hoc habuerit valeat meditari.

### Metrum.

Item cum pigricie vicium a diuino opere sit sollicite propulsandum, statuimus vt monachi surgant alacriter de suis sedibus ad medietatem vltimi versus psalmi cuiuslibet, finem versus nullatenus exspectantes, ob reuerenciam summe et indiuidue trinitatis.

---

1) In der handschrift fehlt *in*. 2) Cod.: *ab*.

### Auctoritas.

Item cum colloquia generalia ad hoc conuentibus ordinis sint concessa, vt verba ibidem edificatoria proferantur, statuimus vt prior[1]) inpedimento quolibet cessante procuret vt aliquis monachus alicuius sancti auctoritatem moralem et edificatoriam breuiter recitet in communi, ita vt ex hoc reddantur postmodum cauciores a verbis detractatoriis maliciosis et peruersis per totum colloquium abstinendi.

### Sine rubro.

Item quia negligencia circa diuinum officium reprobatur, isque maledicitur a propheta qui opus dei fecerit negligenter, statuimus studiose vt monachi tam horis diurnis quam nocturnis in ecclesia se feruenciores exhibeant quam hucusque.

Quod vt fiat diligencius, prior subprior et cantores chorum frequenter circueant et excitent pigritantes.

### Mediocritas.

Item cum iuxta beatissimi patris nostri Bernhardi formam mediocritas in cantu debeat obseruari, ita vt redoleat grauitatem et deuocio excitetur, cantoribus iniungimus seriose, vt ab hac forma nequaquam discrepent nec discedant, si cauere[2]) nostram voluerint vlcionem.

### Disciplina in capitulo.

Item cum ad hoc cottidiana capitula teneantur, vt tamquam in loco diuini iudicii precipue humilitas obseruetur, statuimus ordinando, vt in capitulo se sic exhibeant inibi congregati, quod nullus ibidem loquatur nisi capitulo presidens, proclamans, vel etiam proclamatus, vel querens de ordine aliquid, aut qui[3]) quidquam perdiderit. et hoc fiat humiliter et modeste.

Qui contra venerit, ibidem sine dispensacione aliqua recipiat disciplinam.

### Cantori obediatur.

Item cum non solum abbati set etiam officialibus iuxta suorum officiorum exigenciam bonum sit obediencie exhibendum, iniungimus monachis vniuersis, vt officia conuentualia remoto inpaciencie obstaculo equanimiter exequantur quibus ascripti fuerint a cantore.

Rebelles ac signum eidem aliquod indignacionis vel proteruie facientes a presidente capitulo grauiter puniantur.

### Sine rubro.

Item cum iuxta canonicas sanctiones tot in monasteriis recipi debeant et admitti quot ex ipsius facultatibus valeant sustentari, ad hoc sollicite intendatur, vt proporcio possessionum ad personas congrua semper inuiolabiliter obseruetur, hoc saluo ne multiplicacione personarum inutilium monasterium oneretur.

### Sine rubro.

Item cum nonnumquam in infirmitoriis existentes non surgant ad vigilias ex pigricia vel torpore, statuimus vt talibus qui ceteris se non associauerint vinum et pitancia melior subtrahatur, nisi causa legittima manifeste se valeant excusare.

---

1) Cod.: *priore.*
2) Cod.: *si cum?*
3) In der handschrift fehlt *qui.*

Sine rubro.

Item cum officiales iniunctis sibi officiis vtiliter exequendis se sollicitos debeant exhibere, ipsis iniungimus seriose, vt plus solito se magis sollicitos exhibeant et attentos ad statum officiorum sibi conmissorum plenarie cognoscendum, sic vt patri abbati sciant singuli de suis officiis plenam et expeditam reddere racionem.

Sine rubro.

Item cum ex reddita racione status officii cuiuslibet plenius cognoscatur, et dilata conputacio plerumque pariat ipsius officii detrimentum, statuimus et obseruari volumus ab officialibus vniuersis, vt de receptis omnibus et expensis ad minus quater in anno domino abbati conputacionem reddant integram et fidelem.

Sine rubro.

Item cum etas iuuenilis ad leuitatis et dissolucionis vicium de facili conuertatur, ad euitandum animarum periculum inhibemus, ne messis tempore vel quocumque ad grangias conmorandi gracia monachi transmittantur, set si quos mitti oportuerit mature etatis et moribus monachi ad hoc per sanum consilium eligantur.

Missa.

Et quia iam per xl dies et eo amplius in sua temeritate perdurans in eadem sentencia incorrigibilis perseuerat,

paternitati vestre supplicamus, attencius exhortantes quatenus ob reuerenciam domini pape — *si sit delegatus, vel si sit ordinarius:* intuitu iusticie — manus vestras apponatis, *vel* preces vestras inter partes interponere velitis, vt fauorabiliter concordentur.

12.

*Si autem citatus ad diem venerit, dabitur ei libellus. Cuius forma talis erit.*

De forma libelli.

Proponit A in iure contra B, quod ipse mutuauit c libras tali die, quas debebat ei soluere ad talem diem.

Et quia non soluit requisitus, petit a vobis, domine iudex, ipsum condempnari sentencialiter sibi ad soluendam pecuniam supradictam.

Petit etiam dampna deperdita, que sustinuit occasione dicte pecunie non solute, que estimat ad valorem xxx solidorum. in quibus petit ipsum similiter condempnari.

Hec dicit et petit, saluo sibi iuris beneficio in omnibus, protestans de probando quod sibi sufficiat de premissis, et expensis factis in lite et etiam faciendis quas[1]) suo etiam tempore declarabit.

Huic libello respondendum est tali die.

Datum etc.

13) Memoriale ad omnes excepciones proponendas.

Anno domini etc. die tali assignata est dies talis contra talem ad deliberandum super peticione siue libello auttentico dicto B.[2])

Dicta die proposuit talis coram nobis tales excepciones que sic incipiunt et sic terminantur.

Quibus actis assignauimus dictis partibus diem talem ad proponendum omnes excepciones dilatorias ipso die. *vel sic:* dies talis est assignata contra talem ad proponendum omnes excepciones dilatorias contra eum.

Actum anno etc. die etc.

14.

*Dehinc post excepciones tales ponende sunt posiciones.*

---

1) Cod.: *quos.*

2) Der text der handschrift scheint uns hier unvollständig zu sein, indem nur noch folgt: *quorum copiam idem A.*

### Memoriale ad ponendum omnes posiciones.

Anno domini etc. die tali coram nobis tali loco et tali die assignata contra talem ad faciendum posiciones hinc et inde et responsiones ad easdem, hinc et inde posicionibus factis et responsionibus ad eas, assignauimus dictis partibus diem talem ad probandum intencionem suam hinc et inde.

Datum etc.

15.

*Aliquando assignatur dies ad probandum primo, deinde ad probandum secundo et tercio, quarto cum sollempnitate iuris.*

*Vnde potest sic formari.*

### Memoriale ad probandum.

Anno domini etc. die tali assignata talibus ad probandum primo, ex parte talis fuerunt duo testes producti, qui diligenter fuerunt examinati, quorum nomina sunt hec C et D. ex parte vero altera fuerunt tres producti, et similiter diligenter examinati, quorum nomina sunt hec F G et I.

Quibus actis ad probandum secundo assignauimus partibus talem diem.

Datum etc.

*Et eodem modo possunt fieri memorialia tercio et quarto.*

### 16) Memoriale ad audiendam sentenciam diffinitiuam.

Anno domini etc. die tali assignata contra talem ad dicendum in testes et dicta testium hinc et inde — *vel sic:* ex parte tali partibus in nostra presencia constitutis — auditis etiam que partes voluerunt proponere tam contra testes quam contra dicta testium, etiam redactis in scriptis, ab vtraque parte fuit omnibus allegacionibus renunciatum, et etiam in causa conclusum.

Quibus actis assignauimus dictis partibus talem diem ad diffinitiuam sentenciam audiendam.

Datum etc.

17.

Item aliquando datur dies ad dicendum in testes et dicta testium primo secundo tercio, secundum quod iudici videbitur expedire.

### 18) Forma sentencie diffinitiue.

In nomine patris et filii etc.

Anno domini etc. petente in iure coram nobis E tali a parte tali quandam domum in tali loco sitam, que ad ipsum pertinet iure hereditario eo quod fuerat patris sui vt dicebat, dicto P hoc negando litem legittime contestando, iurato hinc et inde de calumpnia, posicionibus [1]) factis et responsionibus ad eas, testibus ex parte E ad suam intencionem fundandam productis, legaliter receptis, et prudenter examinatis, publicatis attestacionibus et diligenter inspectis, racionibus et allegacionibus plenius intellectis, omnibus rite peractis, ordine iudiciario in omnibus et per omnia obseruato, consideratis omnibus que nos mouere poterant et debebant, die assignata ad audiendam sentenciam diffinitiuam, partibus presentibus et sentenciam instanter petentibus, conmunicato bonorum virorum et iuris peritorum consilio, per diffinitiuam sentenciam adiudicauimus predicto E domum predictam, contra P superius nominatum eidem E in x libras hallensium pro expensis in lite P iuratis primitus a nobis taxatis sicut moris est per eandem sentenciam condempnantes. *vel sic:* E per eandem sentenciam questionem expensarum reseruantes.

Datum etc.

### 19) Forma execucionis sentencie.

Tales iudices a domino papa delegati tali ordinario salutem.

Quia de bonorum virorum et iurisperitorum consilio, auditis racionibus vtriusque partis, rem de qua inter tales controuersia vertebatur tali iudicauimus pacifice possidendam, mandamus vobis firmiter et districte, quatenus eundem auctoritate nostra exconmunicacionis vinculo innodetis, si nostre sentencie non paruerit memorate.

Datum etc.

### 20) De appellacionibus.

a.

*Quoniam autem quandoque grauantur partes per iudices, propter hoc aliquando necessarie sunt appellaciones. vnde si appelletur*[2]*) ab interlocutoria, debet appellacio sic formari:*

Ego Johannes de tali loco clericus, senciens me grauatum ab interlocutoria a vobis, domine iudex, anno domini

1) Cod.: *racionibus.* 2) Cod.: *appellentur.*

etc. die tali pro R de tali loco in tali causa lata, non obstantibus excepcionibus que sic terminantur, sedem apostolicam in hiis scriptis appello, et apostolos instanter peto, me et causam meam subiciens protectioni sedis apostolice speciali.

b.

*Et si denegentur apostoli, tunc debet appellare et dicere:* quia negatis mihi apostolos, appello ad sedem eandem.

*Et debent adduci tunc testes in presencia judicis, coram quibus fiet appellacio.*

c) Forma appellacionis a sentencia diffinitiua.

Quia vos, domine judex, iniquam sentenciam diffinitiuam protulistis contra me pro tali C, ego A ad eam sentenciam diffinitiuam tamquam iniquam appello sedem apostolicam in hiis scriptis, et apostolos peto, et inuoco testes appellacionis mee. *quos nominabit.*

Et fuit facta predicta appellacio tali die et mense, loco tali, et assistentibus predictis.

d) Forma apostolorum.

*Postmodum iudex, si velit deferre appellacioni interposite, sic poterit dicere, si sit appellatum ad papam:*

Sanctissimo patri ac domino suo in Christo karissimo, in dei gracia romane et vniuersalis ecclesie summo pontifici, talis ab episcopo delegatus deuotissima pedum oscula beatorum.

Cum talis ab interlocutoria — *vel* diffinitiua — sentencia a nobis lata tali die ad vestre sanctitatis audienciam appellasset, eidem appellacioni ob reuerenciam sedis apostolice duximus defferendum, et ipsum ad apostolicam sedem quam appellauit cum hiis apostolis destinamus, ab obseruacione nostri iudicii ipsum libere dimittendo.

21) Conmissio legacionis.

*Si autem delegatus committere voluerit vicem suam alteri, sic scribet:*

Frater talis, iudex a sede apostolica delegatus, tali canonico salutem in domino sempiternam.

Quoniam pluribus et arduis negociis nostris et nostre ecclesie inpediti cognicioni cause *seu* causarum, quam *vel* quas mouet *vel* mouere intendit coram nobis auctoritate apostolica coniunctim *vel* separatim H talis dyocesis contra C talem talis dyocesis, ad presens vacare non possumus vt vellemus, vobis ipsam *seu* ipsas conmittimus audiendas, diffini-

cione vel denunciacione dicte cause *seu* dictarum causarum nobis[1]) reseruatis, ita tamen quod quandocumque nobis placuerit ipsam *seu* ipsas ad nos possimus libere reuocare.

In cuius rei testimonium etc.

### 22) De conpromissionibus et arbitris.

a.

Quia quandoque lites per conposiciones et arbitria finem sorciuntur, ideo[2]) in fine huius operis de conpromissionibus et arbitris aliquantulum discuciamus.

Primo videndum est, quid sit conpromissio, et quid arbitrium.

Conpromissio est, in pronunciacione alicuius vel aliquorum super aliqua questione proposita pro bono pacis assensu mutuo consentire.

Arbitrium vero debet vallari sacramento prestito, vel fide interposita, vel apposicione pene. item terminus debet prefigi, infra quem debet arbitrium terminari. vltra quem non conpellitur quis stare arbitrio,[3]) si infra terminum non fuerit arbitrium promulgatum.

b) Forma conpromissionis in arbitros.

Anno domini etc. *vel sic:* Noueritis vniuersi presentes litteras inspecturi, quod — cum inter talem et talem talis questio verteretur — sub hac forma et condicione illa quod omnibus controuersiis vel contencionibus quas inter se habebant vel habere poterant vsque in hodiernum diem contemplacione istius questionis, non coacti set spontanea voluntate, conpromiserunt pro se et heredibus suis in nos tales et tales tamquam in arbitros, arbitratores, conpromissarios, *seu* in arbitros et amicabiles conpositores, vt nos supra predictis controuersiis procedere possimus, iuris ordine obseruato vel non seruato, de plano vel equo, prout voluerimus secundum quod estimacioni nostre conpromiserunt, et vt penitus possimus examinare et cognoscere prout nobis visum fuerit expedire, terminare, punire litigatorum contumaciam ordinarie vel extraordinarie prout nobis melius visum fuerit, et citare partes ad quamcunque partem vel ad quemcunque locum voluerimus, diebus feriatis et non feriatis, sedendo, stando, omni loco, vtroque presente, altero presente, et quod arbitrari possimus semel et pluries, et sentenciam nostram interpretari et corrigere si opus fuerit, et vt possimus pronunciare in scriptis vel sine scriptis prout nobis videbitur faciendum, et vt altero nostrum vel

1) Cod.: *vobis.*
2) Cod.: *idem.*
3) Cod.: *arbitria.*

duobis absentibus possit maior pars si superfuerit presens omnia ordinare, promittentes nobis predictis arbitris pro se et heredibus suis ambe partes sub pena c librarum, quod in super dictis contencionibus nostro arbitrio siue ordinacioni nostre obtemperabunt, et quod in nullo contrarientur vel conuenient de iure vel de facto vel opere vel verbo per se vel per interpositam personam, et quod nichil committent quod sit contra promissum, et quod nullum priuilegium contra promissum inpetrabunt, nec aliquam allegabunt excepcionem, nec opponent nec vtentur beneficio alicuius iuris canonici vel ciuilis.

c. Item de eodem.

Anno domini millesimo etc. nos talis notum esse volumus, quod — cum inter tales ex vna et talem ex parte altera super silua tali controuersie quedam seu dissensionis materia verteretur, ex eo quod in eadem silua succisis arboribus et etiam exstirpatis quedam noualia facere vellet, terramque ipsam ad culturam vertere intendebat, predictis talibus se opponentibus et dicentibus ex aduerso, quod (cum in ipsa silua ius eis conpeteret ligna videlicet succidendi et alia faciendi que sua necessitas postularet) premissa nequaquam posse fieri sine graui preiudicio iuris sui — tandem vero in nos tamquam in arbitros arbitratores seu amicabiles conpositores super questione huiusmodi sopienda conmuniter conuenerunt et conpromiserunt concorditer dicte partes, sub pena tali se quod nostro starent et cum affectu parerent arbitrio fideliter obligantes.

Nos igitur inter ipsos ob pristine pacis et concordie vnionem recepto in nos huiusmodi conpromissionis arbitrio, auditis allegacionibus, examinatis diligenter et discussis iuribus parcium que ex instrumentis — donacione, longi temporis prescripcione, seu quocumque alio modo — ipsis conpetebant seu conpetere videbantur, conmunicato prudentum virorum consilio, arbitrando seu amicabiliter conponendo pronunciauimus statuimus et diffiniendo decreuimus seu ordinauimus, vt predicti tales in predicta silua circa succisionem lignorum ac pastum pecorum quam etiam alia suis necessitatibus oportuna quiete ac libere gaudeant illo iure perpetuo et vtantur quo actenus vsi fuerunt, ipsum quoque possessionis modum et vsum — salua eis prescripcionis continuacione — pacifice teneant, quemadmodum talem progenitores ex longa et antiqua consuetudine tenuerunt.

Ne igitur super isto arbitrio promulgato et decisione litis alicuius dubitacionis scrupulus oriatur, presentes etc.

# Anhang.

Register über den dritten theil unter anfügung der numern und der seitenzahlen unseres abdruckes, wobei nur zu bemerken ist, dass 1. 21. 54. und weiter 87. 88. sich in dasselbe nicht aufgenommen finden.


Tituli ad apostolicas que in premissis correctoriis poterunt inueniri.

| | | |
|---|---|---|
| Pape de occiso abbate conqueritur a conuentu . . . | 2 | 855 |
| Abbas eidem scribit quod hereses pullulant in vicina[1]) ecclesia . . . . . | 3 | 856 |
| Item quod episcopus intendit infringere iura sua . . | 60 | 876 |
| Episcopo scribitur vt concordet duos electos in discordia | 4 | 857 |
| Electus monachus in episcopum vt sit humilis exhortatur | 5 | 857 |
| Electo in episcopum consulitur vt cedat . . . . . | 6 | 858 |
| Episcopus rogatur vt quorundam in dyocesi sua incendia conpescat . . . . . | 7 | 858 |
| Respondetur querenti si debeat consentire electioni de se facte . . . . . | 8 | 858 |

Ad episcopos.

| | | |
|---|---|---|
| Episcopus de nouo creatus salutatur . . . . . | 9 | 858 |
| Item monasterium nigri ordinis nostro ordini permittit[2]) incorporari . . . . . | 10 | 859 |
| Item concursus populi ad locum indebitum declaratur | 11 | 860 |
| Item vt concordet duos electos in discordia . . . . | 61 | 876 |
| Item vt rector ecclesie indignus ab ecclesia repellatur | 62 | 877 |
| Item abbas vocatus ad synodum se excusat . . . . | 63 | 877 |
| Item conqueritur abbas quod officialis episcopi renuit sibi iusticiam exhibere . . . . . | 64 | 878 |
| Episcopus excusat officialem suum . . . . . | 65 | 878 |

Tituli ad abbates.

| | | |
|---|---|---|
| Quod filius suus laborat ad hoc vt monasterio alteri subiciatur . . . . . | 12 | 860 |
| Vt dilapidatam reformet filiam et habeat sibi . . . | 13 | 860 |
| Vt transferatur filia in eum qui reformet . . . . . | 14 | 860 |
| Vt veniat ad visitacionem vocatur . . . . . | 15 | 861 |
| Quia apostatam redeuntem bene tractat conmendatur | 16 | 861 |
| Quod vicia in suo monasterio exstirpauit abbas conmendatur . . . . . | 17 | 861 |
| Conuentui scribitur vt conseruent ordinis disciplinam | 18 | 862 |
| Excusat se abbas transiens quod non visitauit amicum | 19 | 862 |
| Egrotus consolatur . . . . . | 22 * | 864 |
| Tribulato conpatitur . . . . . | 23 * | 864 |
| Volens cedere vt persistat consulitur . . . . . | 24 | 864 |
| Quod alterum plus diligat quam diligatur ab eo causatur | 25 | 864 |
| Quociens apostata debeat recipi queritur . . . . . | 26 | 865 |


1) Cod.: *vicinia.* 2) Cod.: *permittat.*

*) Die überschriften dieser beiden numern scheinen im texte verwechselt zu sein, und dürften umzustellen sein.

| | | |
|---|---|---|
| Super nigro monacho recepto abbati ipsius respondetur | 27 | 865 |
| Quod abbas deseruit ecclesiam reprehenditur . . . | 28 | 865 |
| Quod ordinis disciplina in Vngaria — Clareuallensibus scribitur — deficiat . . . . . | 29 | 865 |
| Vt quendam recipiat in monachum rogatur . . . . | 30 | 866 |
| Monachi missi remittuntur . . . . . | 31 | 867 |
| Vt monachi ad tempus reseruentur petitur . . . . | 32 | 867 |
| Vt visitatori occurratur . . . . . | 33 | 867 |
| Visitator conmittit officium visitacionis . . . . . | 34 | 868 |
| Vt visitatori obediatur . . . . . | 35 | 868 |
| Vt testamentum comitis dispensans sue ecclesie recordetur | 36 | 868 |
| Pro apostata redeunte interceditur . . . . . | 37 | 869 |
| Quid faciat suo cognato monacho dissoluto . . . . | 38 | 869 |
| Rescriptum quid debeat facere de eodem . . . . . | 39 | 870 |
| Egrotus per litteras consolatur . . . . . | 40 | 870 |
| De consolacione regraciatur . . . . . | 41 | 870 |
| Monachus eicitur . . . . . | 42 | 870 |
| Quod quidam non sit dilapidator monasterii excusatur | 43 | 871 |
| Ad deponendum dilapidatorem abbas vocatur . . . | 44 | 872 |
| Quod non possit venire ad deposicionem excusatur . | 45 | 872 |
| Prior in abbatem eligitur et concedi postulatur . . | 46 | 872 |
| Prior in abbatem postulatus transmittitur . . . . . | 47 | 872 |
| Vt idem proficiat adhortatur . . . . . | 48 | 873 |
| Vt eidem monachi reuerenciam exhibeant petitur . . | 49 | 873 |
| Quod abbas cedens facta succedentis anichilet conqueritur | 50 | 873 |
| Monachi alios religiosos aspernantes reprehenduntur | 51 | 873 |
| Cellerarius contra abbatem suum mouetur . . . . | 52 | 874 |
| Vt iudices delegati in curia romana obtineantur petitur | 53 | 874 |
| Abbati patri abbas filius reconciliatur . . . . . | 55 | 875 |
| Idem quod minus diligibilem se exhibuit corripitur . | 56 | 875 |
| Idem reformatus gracie patris regraciatur . . . . | 57 | 875 |
| Licencia quosdam in monachos recipiendi petitur . . | 58 | 875 |
| Monachus a nigro ordine reuocatur . . . . . | 59 | 876 |
| Professi recepcio denegatur . . . . . | 68 | 880 |
| Studens Parisius ad ordinem vocatur . . . . . | 20.66 | 863.879 |
| Studentis rescriptum . . . . . | 67 | 879 |
| Suffragia conceduntur . . . . . | 69 | 880 |
| Nouicius fluctuans per litteras roboratur . . . . . | 70 | 880 |
| Nouicii rescriptum . . . . . | 71 | 881 |
| Theologus ad ordinem trahitur . . . . . | 72 | 881 |
| Nouicius delicatus et vacillans roboratur . . . . . | 73 | 882 |
| Adolescens vt relictis parentibus ad ordinem veniat trahitur | 74 | 882 |
| Sanctimonialis de bona obseruancia conmendatur . . | 75 | 882 |
| **Ad regem et alios seculares.** | | |
| Rex de nouo creatus salutatur . . . . . | 76 | 883 |
| Vt abbatem captum liberet inpetratur . . . . . | 77 | 883 |
| Regi de comite conqueritur . . . . . | 78 | 884 |
| Duci de aduocati sui malicia conqueritur . . . . . | 79 | 885 |
| Comes pro conductu inploratur . . . . . | 80 | 886 |
| Vt officialem suum fieri monachum concedat petitur . | 81 | 886 |
| Comitissa vt quendam suo domino reconciliet rogatur | 82 | 887 |
| Comitisse super inpensis beneficiis regraciatur . . . | 83 | 887 |
| Ciui pro peregrino paupere supplicatur . . . . . | 84 | 888 |
| Forma viatici . . . . . | 85.86 | 888 |

# XV.

# Formeln für rechtsgeschäfte.

# Vorbemerkungen.

Ueberblickt man die bisher vorgeführten werke, so sind wohl belege genug für die regel geliefert, welche wir gleich im §. 2 der einleitung bei der dortselbst unter bezugnahme auf die äussere erscheinung der mittelalterlichen briefsteller und formelbücher erwähnten dritten klasse derselben aufgestellt haben, dass nämlich ihre mehrzahl aus einer anleitung zur ars dictandi und aus einer grösseren oder kleineren mustersammlung besteht.

Durch diese regelmässige gestalt derselben ist aber keineswegs ausgeschlossen, was wir ebenfalls da bemerkt haben, dass auch nach art der sogenannten alten formeln lediglich zusammenstellungen von musterstücken ohne jene grammatisch-rhetorische anleitung vorkommen. doch sind meistens auch diese auf irgend eine weise wieder in eine gewisse verbindung mit der ars dictandi gebracht. wenigstens im äusserlichen gewande. so enthält der aus dem kloster Windberg überkommene cod. lat. mon. 22294 aus dem dreizehnten und vierzehnten jahrhunderte von fol. 88—96 eine vorzugsweise auf Oesterreich bezügliche mustersammlung [1]) als summa de prosayco dictamine. ihr unmit-

1) Die zwei letzten stücke sind schreiben des Vlricus judex salzburgensis cum universo civitatis ejusdem et dyocesis populo, und der prälaten Ch de sancto Petro Salzpurge Otto de Sewen Fridericus de Paeurn et Heinricus de sancto Vito abbates, Chunradus de Perhtersgaden Heinricus de sancto Zenone de Hegelwerde de Chiemse de Bamburga de Garze de Augea prepositi, cum ceteris salzburgensis dyocesis prelatis an den pabst Clemens über die nach dem tode des erzbischofs Ulrich pridie nonas octobris 1265 apud Salzburgam in capitulo in aller form erfolgte nachfolgerwahl in der person des dominus Wolodezlaus, venerabilis pataviensis ecclesiae postulatus, wizgradensis praepositus.

telbar voran steht, so zu sagen als ergänzung, von fol. 86′—87′ eine in der handschrift selbst am schlusse als summa bona de prosayco dictamine bezeichnete ungemein gedrängte ars dictandi. noch schlagender tritt das streben, den reinen formelsammlungen jene wie es scheint einmal für höchst wünschenswerth erachtete zugabe nicht fehlen zu lassen, bei den nunmehr folgenden höchst interessanten juristischen formeln hervor, welche an und für sich ein vollkommen abgeschlossenes ganze bilden, aber immerhin — wenigstens äusserlich — der berührten zuthat nicht entbehren.

Zwischen zwei briefsteller[1]) von einer und derselben zierlichen und gedrungenen hand des vierzehnten jahrhunderts in zwei spalten ohne alle und jede äusserlich bemerkbare abtheilung oder scheidung hievon eingeschrieben, bietet uns der dem kloster sanct Nicola zu Passau entstammende cod. lat. 16122 der hiesigen staatsbibliothek von fol. 9 bis 11′ eine zwar kleine aber doch gewiss den juristen will-

1) Der erste reicht von fol. 4′—9, und beginnt mit der lehre von den proverbien wie folgt: proverbium est brevis oratio fida nutrix benivolentiae et ad sequens negotium mentem praeinstruens auditoris.

Der anfang des zweiten von fol. 11′—15 lautet: universis scolaribus qui decorari cupiunt epistolaris dictaminis scientia gloriosa P magister salutem et neglectis ambagibus ad margaritam dictaminis properare.

Am schlusse desselben sind von anderer hand des vierzehnten jahrhunderts die nachstehenden glossen in den leeren raum der zweiten spalte von fol. 15 eingetragen:

feodus lengut. depactacio ghedinghe. expedicio gheuolghe. proscripcio achte. in solidum ghesamehant. orphio oruede. marticopus litkop. arestare aneuanghen. census tins. deuolucio aneual. obses gisel. precaria bede. plebicitum lantding. warandia ware. parlamentum der heren ghespreke. circumuallare vorleghenhus. treuge vrede. vnio eninghe. exactio scot. murena lanturede. munire warnen. tributum leghescat. fectigal sleghescat. quita butinghe. dotalicium lifghedinge. tornus spey. cretica crede. consponsus medelouere.

Von wieder anderer gröberer hand endlich ist noch hieneben an den äusseren rand hinbemerkt:

peculium castrense borchlen. obstagium inlegher. omagium, id est obediencia, hulde. emphiteosis pach(t)gut.

kommene sammlung von formeln für rechtsgeschäfte aus den jahren 1307 bis 1327, unter gänzlicher vertilgung von orts- wie personennamen — vielleicht in oder um Goslar[1]) — angefertigt.

An ihrer spitze findet sich — gleichsam als einleitender paragraf — ihr inhaltsverzeichniss, wie wir sogleich hier es mittheilen:

1) de tutela matris et auie.[2])
2) de tutela et cura alterius.
3) de racione reddenda cure et tutele.
4) de inuentario.
5) de testamento. qualiter testamentum sit clausum uel apertum.[3]) uel et qualiter apperiatur.
6) de codicillis.[4])
7) de donacione causa mortis ab aliquo facta qui non in potestate sua est.
8) de donacione causa mortis facta ab illo qui est in potestate sua.
9) de donacione inter uiuos.
10) de donacione propter[5]) nupcias.
11) de feodo.
12) de recognicione feodi.
13) de emancipacione.
14) de donacione facta ecclesie.

1) Auf fol. 15' wenigstens, zugleich der letzten seite der beiden pergamentlagen, welche die genannten schriften enthalten, finden sich von derselben hand, welche das auf der nächsten lage beginnende westfälische formelwerk Simons geschrieben hat, drei erlasse des vicars Johannes von Goslar, der letzte aus dem jahre 1341, sodann eine obligatio praebendae des dekanes der kirche der apostel Simon und Judas zu Goslar aus dem jahre 1345, endlich eine urkunde des bischofes Heinrich von Hildesheim aus dem jahre 1350 eingetragen.

2) Die handschrift hat hier sowohl als in der überschrift des stückes im texte selbst ganz deutlich *ame*.

Wir haben in Henschel's neuer ausgabe des glossarium mediae et infimae latinitatis ein wort *ama* nicht gefunden, und desshalb vorläufig die änderung in *auie* vorgenommen.

3) Cod.: *conparatum*.
4) Cod.: *codicalis*.
5) Cod.: *inter*.

15) de simplici uendicione.
16) de uendicione condicionali.
17) de uendicione facta de assensu domini.
18) de emphiteosi.[1])
19) de permutacione et cambio.
20) de transactione uel conposicione.
21) de cessione iuris.
22) de mutuo.
23) de pignore.
24) de peticione dotis.
25) de conductu.
26) de instrumento mercatorum. de diuisione per alphabetum.
27) de remissione debiti.
28) de adopcione.
29) de libertate.[2])
30) de subeundo iugo.
31) quando quis se et sua dat ecclesie.

Leider ist der text unseres codex, abgesehen von gröberen fahrlässigkeiten bei den numern 19 und 21, nicht eben ausserordentlich correct, so dass wir — unter genauer angabe der handschriftlichen lesart in den noten — die uns dringendst gebotenen veränderungen salvo meliori versuchen mussten.

1) Nach dieser numer folgt hier „*de promocione*" als nächstes kapitel, ohne dass es im texte aufnahme gefunden.
2) Cod.: *liberalitate.*

# Formeln für rechtsgeschäfte.

## 1) De tutela matris et auie.

a.

Talis judex omnibus hanc cartam uidentibus salutem in domino.

Notum sit, quod A uxor H in nostra[1]) presencia constituta, tutelam B et C filiorum suorum uolens, a nobis petiit sibi dari.

Que postquam nuberet, senatus beneficio consulti uelleiani[2]) renunciauit, et sub omni rerum obligacione promisit rem filiorum suorum pupillorum A C et D saluam fore, et se inuentarium[3]) confecturam, et quod fidelis esset in administracione bonorum et custodia personarum,[4]) filiorum predictorum suorum uidelicet. et pro omnibus attendendis[5]) A et B fideiussores dedit.

Et ipsi ambo fideiussores satisdederunt[6]) nobis et[7]) per nos dictis pupillis A et B, uterque in solidum, bona sua obligando, epistole diui Adriani et beneficio uelleiano[8]) prefate nutricis penitus renunciantes.

Quare nos[9]) cognoscentes hec expedire utilitati predictorum pupillorum, prefate A tutelam concessimus supradictam.

Et ut hoc instrumentum indefectam firmitatem habeat, nostro sigillo ipsum duximus roborandum.

Factum fuit hoc in tali loco, anno domini m° ccc° vii, tali die talis mensis.

Testes rogati interfuerunt A B C D E F G etc.

---

1) Cod.: *uestra.*
2) Cod.: *uel eani.*
3) Cod.: *inuentariis.*
4) Cod.: *custodia et personarum.*
5) Cod.: *attendentis.*
6) Cod.: *statuerunt.*
7) Cod.: *ut.*
8) Cod.: *epistole dimidiam beneficio et vellano.*
9) Cod.: *uos.*

b.

Si uis ut mulier obligetur tibi, semper facias eam renunciare beneficio[1]) senatus consulti uelleiani[2]). alioquin non tenet obligacio.

Item si uis quod fideiussores teneantur[3]) quisque in solidum, facias eos renunciare epistole diui Adriani.

2.

Item si sit talis quod pro se petat tutorem uel curatorem, uel si sit adolescens, datur cum tali instrumento.

a) De tutela et cura alterius.

Talis iudex etc.

Notum sit omnibus, quod ad peticionem A — filii quondam B — dedimus A tutorem, *uel* curatorem, C ad generalem ipsius administracionem, *uel* ad uendicionem *uel* empcionem talem.

Et ipse C promisit et super sancta ewangelia iurauit, rem dicti pupilli — *uel* adolescentis — saluam fore, et[4]) se fidelem esse in amministracione dicti pupilli, *uel* adolescentis. et inde obligauit omnia nobis et per nos dicto pupillo.

Insuper fideiussorem dedit H, qui se fideiussorem constituit, et omnia bona sua obligauit, renuncians omni iuri.

Et ut carta ista indefectam firmitatem habeat, ipsam nostro sigillo duximus roborandam.

Factum fuit hoc tali loco, *ut supra*.

b.

Et nota, quod pupillo datur tutor. adolescenti uel maiori, si sit furiosus uel prodigus uel insanus, datur curator.

3) De racione reddenda.

a.

Talis iudex etc.

Notum sit omnibus, quod B curator A, filii quondam B, in presencia nostra et amicorum ipsius A de amministracione cure ipsius sufficientem reddidit racionem, ita quod facta conputacione inuentum est, quod idem A predicto B remansit debitor in mille solidis[5]) talis monete. quibus se constituit debitorem, et ex hoc obligauit ei om-

1) Cod.: *beneficii.*
2) Cod.: *uel eam.*
3) Cod.: *testantur?*
4) Cod.: *fore, et se fideiussorem dedit H, et.*
5) Cod.: *in uille solidum.*

nia bona sua, et promisit se soliturum in tali tempore pecuniam assignatam, in[1]) hoc renuncians omni iuri.

Et instrumentum inde factum duximus sigillo nostro roborandum.

b.

Et nota, quod eodem modo redditur racio tutele.

4.

Item nota, quod tutor uel curator debet facere inuentorium de bonis omnibus pupilli uel adolescentis cuius est tutor uel curator. et potest fieri in hunc modum.

## De inuentorio.

Talis iudex etc.

Notum sit omnibus, quod anno domini m° ccc° vii, kalendis aprilis, P datus tutor *uel* curator B, quondam filii G, in nostra presencia constitutus, de bonis ipsius[2]) inuentorium fecit, et iurauit nobis super sancta ewangelia et per nos predicto B, rem predicti P saluam fore, et quod res ipsius fideliter amministraret, inde nobis et per nos omnia bona obligans predicto[3]) B.

Inuenit siquidem tot domos in tali loco, et habent consortes tales. item tot terras quot sunt in tali loco, et habent consortes tales. et tantum de pecunia. et tantum de debitis.

*Et sic numerabit omnia singulariter et distincte. et postmodum dicet iudex:*

Ut illud inuentorium firmitatem habeat, nostro sigillo ipsum duximus roborandum.

*Uel si esses notarius, sic diceres:* et ego notarius talis de mandato talis iustrumentum[4]) scripsi, et tali sigillo sigillaui.

Factum fuit hoc in tali loco, anno domini m° ccc° etc.

## 5) De testamento.

a.

Anno domini m° ccc° vii, tali die talis[5]) mensis, ego A, in infirmitate corporis mei positus, cum bona mentis mee ualitudine existens, testamentum sic facio.

---

1) Cod.: *et.*
2) Die handschrift hat hier nóchmal *constitutus.*
3) Cod.: *predicta.*
4) Cod.: *instrumento.*
5) In der handschrift fehlt *talis.*

In primis pro anima mea c marcas dari precipio. e quibus[1]) relinquo tali ecclesie — in cuius cimiterio eligo[2]) sepulturam — x libras, et tali hospitali xx.

Et B uxori mee recognosco me habuisse pro ea in dotem c libras. quas ei mando restitui. et relinquo insuper eidem x libras. et sic uolo quod ipsa habeat in bonis meis c et xl marcas.

P et B filios meos instituo heredes[3]) pluribus porcionibus. et si alter eorum sine herede decesserit legitimo, hereditas precedentis ad alium superstitem deuoluatur.

*Sic debet scribere totam uoluntatem et in fine sic debet scribere:*

Hanc uoluntatem meam iure testamenti ualere uolo. et si iure testamenti non ualeat, ualeat iure codicillorum, *uel* iure ultime uoluntatis, *uel* omni iure quo quelibet ultima uoluntas ualere potest.

Factum fuit hoc testamentum in tali loco,[4]) anno domini m° ccc° etc.

Testes rogati interfuerunt A B C D E F G H I K.

Et ego talis notarius testis interfui, et auctoritate talis iudicis et mandato testatoris testamentum hoc scripsi et subscripsi, signaui et sigillaui tali sigillo.

### b) Notabile.

Nota, quod testamentum iuxta uoluntatem testatoris dictatum scribitur in carta.

Et tenorem ipsius sciet testator, et notarius, et unus uel plures amicorum si uoluerint.

Et filis ad opus sigillorum aptatis,[5]) et testibus conuocatis et rogatis,[6]) testator cartam testamenti scriptam et conplicatam ostendet testibus, asserens[7]) in ea scriptum testamentum suum, et rogans testes ut post obitum suum super testamentum[8]) testimonium perhibeant ueritati.

Postmodum testes qui scribere sciunt subscribent, nescientes subscribi facient, et sigillabunt, signa sua apponentes sic: *ego A huic testamento rogatus*[9]) *subscripsi, uel subscribi feci, et signum illud inpressi, uel inprimi feci*, et ceteri testes sigillis propriis sigillantes, et signa que uoluerint apponentes in filo in quo pendebit sigillum.

---

1) Cod.: *marcas accipio quibus.*
2) Cod.: *elige.*
3) Cod.: *instituo. v. edes.*
4) In der handschrift fehlt *loco.*
5) Cod.: *aptis.*
6) Cod.: *et connexans.*
7) Cod.: *asseret.*
8) In der handschrift fehlt *testamentum.*
9) Cod.: *rostatoris.*

Cuiusque testis incipienda erit subscripcio et recta linea protendenda. in fine linee testis inprimit uel inprimi faciet suum sigillum.

Et nota, quod notarius similiter subscribet, apponendo annos domini et diem. et sigillabit et signabit, in subscripcione sua dicens se cartam illam mandato testatoris subscripsisse.

Item nota, quod sine tabellione hoc testamentum confici potest, dummodo alii testes sufficiant.

c) De testamento clauso.

Sicut aperitur mortuo testatore testamentum clausum, notarius et alii testes — facto iureiurando — iudici illius testatoris dicent, testamento se rogatos interfuisse subscripsisse sigillasse signasse, ipsum sane mentis fuisse,[1]) et testamentum non mutasse quod ipsi sciant. et dicent tempus et locum. et ostendat quisque suam scripcionem sigillum et signum.

Quo facto testamentum aperiatur[2]). sigillis pendentibus, filo remanente innexo, ut ipso originali extrahi possint alia instrumenta.

Et de publicacione ipsa scriptis attestacionibus, et postmodum serie originali scripta, instrumenta fiant.

d.

Et nota, quod — si notarii copia non habetur, et testamento non clauso — adhibentur vii testes liberi in ciuitate, uel v in burgo uel uilla, ut super serie testamenti de hiis que nouerant sub forma publicacionis perhibeant testimonium ueritati.

Et nota, quod notarius optinet probacionem duorum uel trium testium ad plus.

Debent autem fieri[3]) huiusmodi publicaciones in presencia iudicis iuxta morem loci, et in presencia aliorum testium.

e.

Item non potest esse testis in testamento mulier, uel inpubes, seruus, surdus, mutus, furiosus, infamis.

Item nota, cui amministracio bonorum interdicta,[4]) est intestabilis, id est qui mulicbria patitur, et qui crimine condempnatus est, et qui in eius et in testatoris patria non est heres scriptus, uel qui in eius potestate est.

1) Cod.: *esse.*
2) Cod.: *conperiatur.*
3) In der handschrift fehlt *fieri.*
4) Cod.: *incerta.*

Item nota, quod totus sanus potest facere testamentum. et tunc dicet: *ego A sanus mente et corpore.*

### 6) De codicillis.[1])

a.

Ego A testamentum quod feci — *uel* faciam — et omnia que in ipso continentur uolo firmitatem optinere, hoc excepto quod in presentibus codicillis detrahere uolo talem rem quam primo legaueram pure B, uolens ut illam habeat hac condicione ut x libras det heredibus meis, *uel aliquid talium. uel:* uolo quod talis habeat medietatem omnium bonorum meorum.

Hanc autem uoluntatem meam uolo iure codicillorum firmitatem perpetuam optinere.

Factum fuit hoc in tali loco etc.

b.

Et nota, quod codicilli possunt fieri ante testamentum, in testamento, post testamentum. tamen semper de testamento mencio fiat, ut patet in nota.

Et nota, quod semper in codicillis quinque testes sunt necessarii.

### 7) De donacione causa mortis.

Ego A, constitutus in patria potestate, lege interdicente me testamentum facere posse, iure permittente donacionem fieri causa mortis, B patre modo presente et consenciente donacionem fieri causa mortis, facio in hunc modum.

In primis pro anima mea tot libras dari precipio. quas ita distribuo.

Hanc autem donacionem uolo ratam et firmam penitus permanere.

Factum fuit etc.

### 8) De eodem.

a.

Ego A libellum[2]) facere disponens causa mortis, donare cupio omnia bona mea.

In primis pro anima mea tale predium — *uel* tot denarios — causa mortis dono, et eos tribuo in hunc modum etc.

---

1) Cod.: *codicalis.* 2) Cod.: *liellum.*

b.

Si autem res donatas donator post mortem donatorii alii restitui uoluerit, dicet sic:

*Si uero R, cui talem fundum donaui, sine liberis decesserit, fundum illum ad C — uel ad eius filios — uolo reuerti.*

### 9) De donacione inter uiuos.[1])

Ego A mera et spontanea uoluntate pure et sine omni condicione simplici donacione inter uiuos rata et irreuocabili dono tibi B tuisque heredibus siue quibuslibet[2]) successoribus tuis talem possessionem, bona fide promittens et super sancta ewangelia dei iurans quod contra predictam donacionem per me uel per alium nunquam ueniam.

Et ut hec donacio perpetuam et irreuocabilem optineat firmitatem, rogaui dominum meum talem episcopum, ut eam sigilli sui robore confirmaret.

Et nos C dei gracia talis episcopus cartam presentem super hoc factam duximus nostri sigilli munimine roborandam.

Factum fuit hoc in tali loco, presentibus ad hoc uocatis testibus B etc. anno domini m° ccc° etc.

### 10) De donacione propter[3]) nupcias.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego A mera et spontanea uoluntate mea dedi B uxori mee in bonis meis propter nupcias c libras.

Et ut hec donacio ualeat, ego R talis iudex ad peticionem dicti A cartam istam super hoc factam tali sigillo sigillaui.

Factum fuit etc.

### 11) De pheodo.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos dei gracia comes talis mera et spontanea uoluntate nostra damus et tradimus tibi A militi de tali loco in pheodum liberum et inhoneratum[4]) et successoribus tuis in perpetuum castrum tale[5]).

Et ego A racione donacionis predicte uobis domino comiti homagium facio per me et omnes successores meos, et per uos omnibus successoribus uestris, et perpetuam fidelitatem promitto uobis et uestris conseruare, uidelicet

1) Cod.: *donacione in terminos.*
2) Cod.: *cuiuslibet.*
3) Cod.: *inter.*
4) Cod.: *et honoatum* mit dem abkürzungszeichen für *er* zwischen *ea.*
5) In der handschrift fehlt *tale.*

quod nunquam ero uobis in dampnum de corpore uestro, uel de municionibus uestris, uel de iusticia, uel de aliis que ad honestatem uestram pertinere uidentur, uel de uestris possessionibus, neque de incolumitatibus corporis uestri, neque de aliquo secreto uestro, super hoc fidelitatis osculum tribuendo. et in pace et in gwerra uobiscum ero, excepto imperatore, *uel* rege tali, *uel* papa, contra quoslibet iuxta posse.

Acta sunt hec in tali loco, anno domini m° ccc° etc.

Et ego talis scripsi cartam istam de mandato talis comitis, et suo sigillo pariter sigillaui.

### 12) De cognicione pheodali.

Ego B confiteor et in ueritate recognosco uobis domino C comiti tali, me et antecessores meos tenuisse et habuisse tale castrum in pheodo dudum,[1]) et me et successores meos tenere debere de consensu uestro[2]) et uestrorum pariter successorum.

Unde recognosco uobis homagium uel dominium, et promitto uobis tamquam domino meo fidelitatem perpetuam conseruare.

Et nos C dei gracia comes talis homagium tuum recipimus, et hanc cartam super hoc factam sigilli nostri munimine confirmamus.

Factum fuit etc.

### 13) De emancipacione.

Omnibus hanc cartam uidentibus talis iudex salutem.

Manifestum sit omnibus, quod A in nostra presencia constitutus B filium suum presentem et petentem emancipauit et a manu et a potestate sua dimisit, concedens ei plenariam et liberam potestatem semper ulterius uendendi et emendi donandi alienandi et aliis se obligandi et in iudicio standi et omnes actus legitimos faciendi.

Et ut firmitatem habeat carta ista super hoc facta, nos talis iudex ipsam sigillo nostro duximus sigillandam.

Factum fuit etc.

### 14) De donacione facta ecclesie.

Ego A mera et spontanea uoluntate mea et libertate pro anima mea et redempcione peccatorum meorum dono

1) die handschrift trennt *pheodo*, so dass in der nächsten zeile noch *do* steht, worauf *dum* folgt.

2) Zwischen *debere* und *uestro* ist in der handschrift ein kleiner leerer raum.

tibi C rectori talis ecclesie et per[1]) te eidem ecclesie tale pratum, quod est in tali loco, et habet consortes tales.

Et ut predicta donacio firma sit in perpetuum, rogaui talem episcopum meum dominum, ut ipsam sigilli sui munimine roboraret.

Et nos B dei gracia episcopus talis dictam donacionem sigilli nostri munimine roborauimus.

Factum fuit, et cetera.

### 15) De simplici uendicione.

Ego A uendo et uendicionis tytulo trado tibi B et tuis in perpetuum successoribus absque omni condicione domum meam, que est in tali parrochia, et habet tales consortes.

Uendo inquam tibi domum predictam precio c marcarum talis monete. quod quidem precium mihi soluistis et numerastis taliter quod inde me teneo pro pagato.

Et si domus predicta ualet plus et ualitura est, precio predicto trado in perpetuum et concedo. et quod nunquam contra uendicionem predictam ueniam per me uel per alium, bona fide promitto[2]) et super sancta ewangelia dei iuro.

Et nos talis episcopus[3]) — *uel* comes — dei gracia, ut predicta uendicio irreuocabiliter obseruetur, cartam presentem super hoc factam duximus sigilli nostri munimine confirmandam.

Factum fuit etc.

### 16) De uendicione condicionali.

a.

Ego A uendo et uendicionis titulo trado tibi B et tuis in perpetuum uineam, quam habeo in tali loco, et habet consortes tales.

Uendo inquam pro mille marcis talis monete. de quibus soluisti mihi quingentas in continenti sic quod inde me teneo[4]) pro pagato. et residuas quingentas marcas mihi promisisti soluere tali termino.

Et C debitorem et solutorem mihi constituisti, pacto tamen inter te et me habito, quod — si in tali termino predictas quingentas marcas quas a te habui restituero — restitues uineam supra dictam, et sic uendicio rescindetur, et C debitor liber erit penitus et inmunis. elapso uero termino C ad soluendum quingentos solidos mihi tenebitur.

---

1) Cod.: *pro.*
2) Cod.: *promittam.*
3) Im codex fehlt *episcopus.*
4) In der handschrift fehlt *teneo.*

et sic predicta uendicio rata et firma et exinde in perpetuum remanebit.

Factum fuit etc.

b.

Nota quod hec uendicio frequenter fit in fraudem usurarum.

### 17) De uendicione facta de[1]) assensu domini

Ego A uoluntate et assensu domini B, saluo dominio et[2]) iure ipsius, uendo et uendicionis tibi trado titulo B et tuis in perpetuum talem domum, quam in nomine ipsius R possideo in tali loco, que habet consortes tales.

Uendo inquam tibi pro c marcis talis monete. quas mihi soluisti taliter quod inde me teneo pro pagato.

Et si domus eadem plus ualet uel ualitura est, pro precio supra dicto totum tibi do in perpetuum et concedo.

Et ego B uendicionem predictam tibi et tuis in perpetuum meo et meorum nomine possidendam concedo, ita quod — si domum[3]) predictam uendere aut quocunque modo alienare uolueris — tibi liceat, meo et meorum consilio precedente, et saluo semper iure meo et dominio et seruicio annuali, uidelicet quinque solidis[4]) talis monete, quod seruicium annuatim in tali festo pro dicta domo mihi et meis tu et tui censualiter seruietis.

Factum fuit hoc in tali loco, anno domini etc. tali die talis mensis.

Et ego talis notarius de mandato talis iudicis hoc instrumentum scripsi et signaui, et suo sigillo pariter sigillaui.

### 18) De emphiteosi.

Notum sit omnibus, quod ego C miles de tali loco do in emphiteosim tibi H terram quam habeo in tali loco, in qua sunt quatuor mediata, et habet consortes tales.

Do inquam et trado tibi et tuis in perpetuum terram predictam ad faciendum in ea ortum uel uineam uel quidquid uolueris, cum melioracione tantum ipsius terre.

Et concedo, ut uendere uel donare tibi liceat terram predictam, uel quacunque alienacionis specie in quemcunque uolueris transferre, clericis et militibus exceptis et om-

1) Cod.: *et.*
2) Cod.: *solvo dominio.*
3) Cod.: *possidendam ita quod domum.*
4) Cod.: *solidos.*

nibus religiosis, meo tamen et meorum assensu et consilio precedente, saluo semper iure meo et dominio, et salua etiam tercia parte fructuum de predicta terra ueniencium, quam terciam partem ad domum meam tuis sumptibus teneberis[1]) apportare.

Factum fuit hoc etc. anno domini etc.

Testes etc.

Et ego notarius Jo curie rogatus testis interfui, et scripsi et subscripsi, et signo meo signaui, et sigillo talis domini pariter sigillaui.

### 19) De permutacione.[2])

Ego A ex causa permutacionis do et trado tibi B et tuis in perpetuum uineam, que est in tali loco, et habet consortes tales. et si uinea predicta ualet plus uel ualitura est domo infradicta,[3]) ipsam tibi do et tuis in perpetuum successoribus atque laudo.

Et ego B ex causa predicte permutacionis tibi A do et trado et tuis in perpetuum domum predictam pro iam dicta uinea. et si plus ualet uel ualitura est quam uinea predicta, totum tibi do A et tuis in perpetuum atque laudo.[4])

Factum fuit etc.

### 20) De transactione uel conposicione.[5])

Controuersia uertebatur inter G ex una parte et A ex altera parte coram tali iudice super quadam summa pecunie quam predictus G petebat et dicebat predictum A debere eam sibi ex causa mutui. set altera pars allegabat, quod nullo modo bona sua sufficerent ad tantum debitum persoluendum, et quamuis posset soluere, ad solucionem faciendam minime tenebatur, quia sibi[6]) pactum fecerat de non petendo. et hoc se asserebat suo loco et tempore probaturum.

Iudex autem predictus, in quem conpromiserat pars utraque, allegacionibus intellectis precepit, ut de omni actio-

1) Cod.: *tenebis.*

2) Die handschrift hat hier die überschrift *de promocione*, was auch dem inhaltsverzeichnisse entsprechen würde, aber nicht aufgenommen ist.

3) Cod.: *predicta.*

4) Dieser absatz steht in der handschrift mit der veränderung *„ualitura est vinea predicta domo ipsam tibi“* ohne angabe eines versehens nochmal zwischen unseren beiden eingeschrieben.

5) Die handschrift hat hier die zum nächsten absatze gehörige überschrift *de cessione iuris*, welche dortselbst ausgelassen ist.

6) Cod.: *si.*

ne ac peticione quam utraque contra aliam faciebat esset pax et finis in perpetuum inter ipsos, hoc solo retento quod dictus A predicto G ex causa transactionis c solidos turonenses largiretur.

Quam transactionem utraque pars approbauit, et eam seruare iurauit super sancta ewangelia dei, bona sua utraque alteri[1]) obligando.

Testes interfuerant B et C.

Et ego talis scripsi de mandato talis iudicis cartam istam, et suo sigillo pariter sigillaui.

Factum fuit hoc anno domini m° ccc° xxvii.

### 21) De cessione iuris.[2])

Notum sit omnibus etc: quod ego A concedo tibi B et tuis in perpetuum omne ius et omnem actionem quam habeo uel habere possum et debeo contra C et heredes ipsius pro c marcis talis monete quas prefatus A debebat mihi ex causa mutui, *uel* precio talis rei.

Quas c marcas tu, qui eras fideiussor,[3]) conpulsus per talem iudicem, facta tibi primo cessione, mihi soluisti[4]) taliter quod inde me teneo pro pagato.

Factum fuit anno domini m° etc.

### 22) De mutuo.

Ego A confiteor, me recepisse a te B ex causa mutui c marcas lubicenses. quas quidem mihi tradidisti et numerasti taliter quod inde me teneo pro pagato.

Et promitto eas tibi soluere tali die, atque iuro.

Insuper do tibi fideiussores A B C, quibus promitto et obligo omnia bona mea. et si occasione huius fideiussionis aliquod dampnum incurrerent, restituam eis totum. et super hoc credam simplici uerbo suo.

Et nos A B C predictis c marcis fideiussores nos constituimus tibi B, inde bona nostra quilibet in solidum obligantes, et renunciantes epistole diui Adriani beneficio penitus in omni iure.

Factum fuit etc.

---

1) Cod.: *alterari*.

2) Bezüglich der überschrift ist num. 20 note 5 zu vergleichen.

3) Von hier an ist in der handschrift nach der ersten hälfte des wortes der schluss des musters 15 und der grössere theil des musters 16 in der weise nochmal hereingerathen, dass es heist: *fide contra uendicionem* u. s. w. bis *liber erit penitus* einschliesslich, worauf erst weitergefahren wird: *fideiussor conpulsus* u. s. w.

4) Cod.: *soluitur*.

### 23) De pignere.

Notum sit omnibus, quod ego A obligo tibi B pro c marcis — quas michi mutuo tradidisti et numerasti sic quod bene sum contentus — unum pratum quod habeo in tali loco, et habet consortes tales, et domum meam que est in tali parrochia, et habet consortes tales.

Et promitto tibi soluere pecuniam in tali termino.

Et do tibi fenum quod de dicto prato colliges mera et spontanea uoluntate mea, et predicte domus pariter pensionem, ita quod in sorte nullatenus computentur.

Et quod nunquam contra predictam donacionem ueniam per me uel per alium, super sancta dei ewangelia tibi iuro.

### 24) De peticione dotis.

a.

